

NCAL
2

o
PUBLICA
c
6

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala

~~Reserva~~

Número

~~192~~

INC

316

(1)

T. 883857


C. 1000214504

(2)

T. 883868

C. 1000214498

* Pata Meywada Part 1 - Caj 2 -



Liber principis
non modo inter Medicos:
sed etiam inter Philoso-
phos Aboali Abinceni
aliter Auicene vulgo
dicti de Virib⁹ cor-
dis cum Comen-
tarijs Jacobi
Lupi Bil-
bilitani
Artium et Medi-
cine Doctorū mi-
nimi: nunc primū
in lucē
editis.

Venale habetur
Tolose: apud edes magistri
hugonis de Turquis.

DE
D.º Frands-
co Xavier
de Santhia:
ob. y Palo-
mares.

Ad circūspectissimū vtriusq; Juris

Doctorem Iacobū cognomento Minutium/ Supreme Tolosani

Senatus curiæ primum Presidem/ aut potius dictatorem ma-

ximum, Iacobi Lupi Bilbilitani in Librum principis

Abinceni aliter Auic. nuncupati de Viribus

Cordis Præfatio.



M in Medice artis mune-

ris sit: Dictator optime: non tm̄ corpus curare/ sed etiā animā, Platone in Carmide asserēte. Quemadmodum oculos sine capite curare nō decet: neq; sine reliquo corpore caput: ita neq; sine anima corpus eaq; causa est cur Medicos complures morbi corporum multi lateant: quia totum ipsum ignorat quod imprimis curare oportet: quo male affecto impossibile est partem aliquam bene valere. Omnia nāq; vel bona vel mala ab aīa in corpus & hominem totum manant: indeq; similiter vt ex capite in oculos effluunt. Quam quidem Platonis sententiam Platoniscus quoq; Galenus stabiliens Libro primo de sanitate tuenda refert. Et nos egros quotānis non paucos per sananimus solis animi motibus ad debitum modum reuocatis. Et adiungit. Est vero non spernendus huius sententiæ testis ipsum patrium nobis numen/ Esculapius: qui multas scribi cantilenas mimosq; ridicularum rerum fieri et melodias quasdam instituit ijs: quibus vehementiores animosę partis motus: corporis temperamētum iusto calidius efficierent. Constat quoq; innumeros contrahi hominibus morbos ob animi studia atq; conflictationes velut ob iram: ob mestitiam: & ob in modicas curas. Quod Ni ars medica morbis ob hæc causas consuleret: dimidio mancā censendam esse omnibus facile persuasum existimo. Cūq; anima ipsa multo sit corpore præstantior: (Historiographo asserente. Alterum nobis cum dijs: alterū cum beluis cōmune est), Ea artis medicæ pars: quæ ob animam morbis prospicit: ei quæ corporis curam gerit longe antecellit. At e libris antiquorum qui ea docent quibus ex animo morbi curentur, Inter primos connumerandū censeo Librum principis Auic. de Viribus Cordis nuncupatū. Cunctis sapientiæ studiosis scitu dignissimum. Medicis vero apprime necessarium. Nam velut in nitidissimo speculo facies: ita vis omnis animæ in eo libro refulget. Quem equidem librum cum contemplerer: ob sententiarum tum profunditatem: tum vberitatē: tum deniq; cōtextus breuitatē & difficultatē: non facilem oibus aditū præbere. Atq; egere interp̄te. Et si admodū arduā aggredi puincia mihi viderer. tm̄ aio vertens id poete labor improb' oīa vincit. Aggressus sum comētaria in eū librum cōstruere. Quibus cū extremā manum imposuissem. Dictator optime

Prefatio.

anteq̄ te primum agnoscerem: se penumero ipse mecum cogitauerā: quem hominum: quos ante hac noueram presertim soligerem: cui nostras in eum Librum lucubratiunculas dicarem. Cumq̄ nullus pro voto occurreret. Nam exoptabam virum tum bonarum literarum singulari peritia coelebrem: tū etiam qui gubernandi potestate non esset immunis. Quod intelligerem prope diem multos mihi maleuolorum parari insultus: vt fieri assolet. Quam obrem defensore & literato & potenti opus mihi fore intelligebam. Hesitanti vero mihi sidere propitio tu obuius factus es. Cūq̄ te acerrimi iudici virum. Omniumq̄ bonarum literarum peritissimum. Necnon regia gubernandi potestate peditū ac omnium virtutum ornamentis dotatum contēplatus sim. (Nā q̄ sine assentatione dixerim. Non sine admiratione contigit/ conspiciere in viro consulari vtriusq̄ Iuris peritissimo, Vtriusq̄ linguę tam Gręcę q̄ Latinę cognitionem exatam. Necnon Philosophię tā Aristotelicę q̄ Platonice dogmata Insignia/ Preterea & literarum sacrarū melos). Quare continuois mihi visus es: cui nostrę lucubratiunculę potissimū dicandę essent. Atq̄ cum animum nostrum inter confabulandum aperuissem. tu benigno vt assoles vultu optatis nostris annuisti. Distuli biennium manus tibi mittere. Quod id exiguū pro tua dignitate censerem. Cupiens aliqua alia maioris Impensę adiuncta supellectile preciosius reddere. Quod cum pro meis imbecilibus viribus non datum sit: anteq̄ situ carieue consumatur. tibi mittere decreui. En igitur dictator optime Librū de Viribus Cordis tu s auspicijs e tenebris in lucem vindicatum. Eum humano hilariq̄ vultu accipito Non em̄ dubito pluribus ob tuā auctoritatem & dignitatem: qualiscunq̄ sit acceptum gratūq̄ futurum. Verum em̄ vero nō de futuris nonnullos exitimo qui natio nostra suspēdat scripta. Alij em̄ temeritati tribuent homini iuueni: grauissimū auctore Auic. interpretari aggressum esse: quam rē nullus nostrę tempestatis quantūcūq̄ vir doctissimus aggredi visus est. Quibus respondere possem. Quod Seneca ad Lucilliū refert. Nihil est qd̄ nō expugnet pertinax opera & intentata ac diligens cura. Viros q̄ doctrina præstantes vtilioribus maioriq̄ laude dignis studijs intentos huiuscemodi puinciam asseruisse spreuisse. Nostrum vero ingeniolum paruis contentum: quę ceteri contēnant: ea assequi contendit. Alij vero obijcient me nihil e nostrā officina depromptum proposuisse. Sed ex aliorū sententijs carthas impleuisse: qd̄ me fecisse haud negauerim. Neq̄ vitio vertendum putauerim: interpretis em̄ idest officium. Alij me dehinc imprudentiæ accusabunt. Quod nostrā Comentariorum non sint nonū seruata per annū: vt aiūt. Quibus possem obijcere. quod in prouerbio est: ne scis quid veper serus vehat. & quod cōterraneus noster Bilbilitanus Martialis ait. Ante fores stantem dubitas admittere famā. Teq̄ piget curę premia ferre tuę: post te: victurę per te quoq̄ viuere carthę incipiāt. Cineri gloria sera venit. Quamq̄ nullam me hercle neq̄ sperem/ neq̄ exoptem laudē ex re presertim tam parui momenti. Verum omnes hos maleuolorum tumultus tu sapientissime Pręses tua prudentia atq̄ auctoritate cōpesces.

CVALE.

¶ Jacobi Lupi Bilbilitani Medicinæ
Doct̃oris Comentaria in Librũ
de Viribus Cordis principi
pis filij Aly falso Auicē
nē nuncupati.

¶ Liber Auicennę de Viri
b^o Cordis Foeliciter incipit.

¶ Tractatus Primus de Origine Spi
ritus & Generibus eius & Principijs
sue generationis & informationis.

De origine Spiritus.

Capi. I.

Textus.

Creavit deus
ex cõcauitatibus cordis si
nistram vt esset armariũ spi
ritus: & minera generationis eius.

¶ Comentaria.



Liber hic inscribitur

de Viribus cordis: quoniam in
eo presertim dicitur de Spiritu:
qui est precipu^o cordis effe
ctus. Cuiusvis enim causę effe
ctus eius vires dici meretur. Nam causę vis ac
potestas in ipso effectu monstratur. Quare
filius parentis vires dicitur: vt apud. poetam
in Aeneide Iuppiter Mercurium alloquens:
inquit. Nate meę vires mea magna potentia
solus. Non secus Radiũ solarẽ vim solis: mo
tum fluxus & refluxus maris/vim Lunę dice
re possum^o. ¶ Preterea in hoc libro dicitur
de animę passionibus: quę cordi ipsi tribun
tur veluti animę primę sedi: quare non imme
rito de Viribus cordis nuncupatus.

¶ Actor libri fuit princeps Aboali Abince
ni falso nomine Auicenna appellat^o. Nā eius
propriũ nomē ignoratur & nonnulli exi
stiment ipsum p̃prio nomine dici Aly. id ta
men nullo suorum librorum expressit: tantu
nomina p̃pria patris & auis in Titulo libri ca

nonis scripta reliquit: vbi iquit. Incipit liber
canonis/ quem Princeps Aboali Abinceni de
Medicina edidit. Abo & abin vocabula Ara
bica sunt: filium significantia. Eo itaq; titulo
testat se fuisse filiu Aly qui Aly fuit filius Ge
ni. Consueuerunt em̃ Arabes libros nomi
bus tā patris q̃ auis signare vt eos honore affi
cerent: ac de acceptis ab eis bonis gratos se
prestarent. Princeps quidem fuit Auic. non
modo regni dominatione verum etiam do
ctrina. Creditur fuisse regem Cordubę vrbis
in Vandalusia Hispanię regione sitę. Et licet
nonnulli asserant ipsum fuisse armenium No
bis tamen nonnullę occurrunt persuasiones:
quę inducunt ad credendum ipsum fuisse Vā
dalusium: aut saltē incoluisse Vandalusiam.

¶ Primum q̃ tempore quo ipse floruit gene
ra omnia litterarũ florebat in Vandalusia:
quam tunc Machomecti sectatores occupa
bant. Fuit em̃ cõtēporaneus Auenzoaris &
Auerois: & simul eorũdem creditur fuisse cõ
terraneus. Nā Auenzoar. Libro. 2. thesist Tra
ctatu. 2. capite. 5. & tractatu. 3. capite. 1. refert
se fuisse in carceribus Aly: hunc autem Aly
existimant fuisse patrem Auicennę. Dehinc q̃
ipse Auic. tertio canonis Fen. 21. Tractatu. 3.
capite. 4. mentionem facit de conculis q̃ ex
portantur ex sancto Iacobo: q̃ si armenius fu
isset nõ id retulisset: nam non exportantur in
armeniam dicitur conculę ex sancto Iacobo:
quim potius alię sunt ad vsum medicaminũ
aptę prodiros armenijs: q̃ quę ex sancto
Iacobo ferũtur. His persuasionebus adducti
mur ad credendum Auic. Vandalusiu fuisse.

¶ Quod autem fuerit rex Cordubensis: nul
lus fide dignus scriptor affirmat. Principem
tamen fuisse ex titulis suorum librorum elici
unt: Neq; mirandum si Auicenna fuerit Me
dicus simul & Rex: cū plures antiquorũ Re
gum medicinę operam nauarint: medicorũ
q̃ nomine insigniri non dedignati sint: veluti
Mitridates rex: cuius adhuc nomen Mitri
datum antidotũ retinet Alexander magnus:
qui sub Aristotele medicinam didicit. Sabor
Medorum rex cuius adhuc extant monumẽ
ta plura. Adrianus etiam imperator cuius in
uentũ est Adrianum antidotum. Iustin^o quo
q̃ imperator: cuius electuarium Iustinũ ad
huc est nobis in vfu. Et multi alij quos cõme
morare esset immensum. Verum tamē alicui
incredibile videbitur Auicennã fuisse Regẽ

A in

Tractatus

sepe suo canonesse fuisse expertū affirmet. Non enim videtur bene cōuenire inuēnū Regia maiestas & egrotatūm uisitatio exactio- nibusq; experientia. Ad id dicūt. Quod prin- ceptus Auic. Fecit construere Xenodochium in urbe Corduba p̄p̄ris imp̄sis in quē oēs pau- peres egrotos ex toto regno adduci faciebat: eosq; medicabat. Quod uero doctrina prin- cipis nomē mereatur: eius scripta aperte mō- strāt. Nullū em̄ est genus doctrine quod suis scriptis non illustrauerit: ut nō iniuria oibus sui ipsi scriptorib; antecellere credatur. Nec tantū illis: sed etiam cōpluribus grecorū do- ctinarū adinuētoribus. Equidē ausim ipsum antepone re philosophis omnibus p̄ter Pla- tonē & Aristotelē. Medicis oibus p̄ter Hip- pocratē & Galenū. Geometris oibus p̄ter euclidē. Astronomis deniq; omnibus p̄ter Ptolomeū. Scripsit primum sex libros natu- raliū: libros quoq; metaphisicos: & libros animalium ex sententia peripateticorum. Scripsit p̄terea librum de uerbilibus. Et libros quatuor de Arithmetica, Geometria, Musica, & Astronomia. Et librum de causa causarū ut ipsemet refert in calce sexti libri na- turaliū. Scripsit deniq; in medicina libriū ca- nonis: libriū canticorū: & hunc quē interpre- tari aggressi sumus libriū de uiribus cordis: in quibus semp adheret rationaliū medicorum sectę & p̄sertim Galeno & Hippocrati. Hęc de titulo breuiter perstrineta. De libri utilita- te pauca subiungam. Ante in̄ p̄mittendum opere precium duxi: quo doctrinę genere cō- prehēdatur: an naturalis: an medicę. Item an practicę an potius speculatiuę. Scientiā specu- latiuā eam appellāt: cuius p̄cipuus finis est contēplari: qualis est metaphisica: quę cōtē- plat diuina, & altissimas causas. Scientiā uero practicā eā dicūt q̄ circa actiones uersat ueluti est moralis sciētia quę humanas dirigit ope- rationes. Genus igitur doctrinę libri de uiri- bus cordis est medicinale: quoniā eius finis est humanū corpus ex parte cordis sanū cō- seruare: ac ipsum curare: ubi morboſo aliquo cordis affectu detētum sit libri itaq; subiectū est corpus humanum sanabile uel egrotabile uel sub neutra dispositione ponibile ex parte cordis dispositionū: ut iunior; more loquar. P̄terea hoc genus doctrinę est partim cō- tēplatiuū, partim practicū siue actiuū: cōtem- platur em̄ causas spiritus & eius naturā: natu-

Primus.

ram & causas passionū cordialiū tam intrin- secas q̄ extrinsecas in primo tractatu. Secun- dus uero tractatus est practicus: nā in eo discer- ritur de uirtutibus medicinarum: quę faciūt ad cōfortationē cordis: & rectificationē spiri- tus tam simpliciū q̄ cōpositarū ut quis polo- sit ubi oporteat ad cordis tū cōseruationem tum curationē propinare. Ex his cōstat: quę- nam sit libri utilitas. Nam cū in primo tracta- tu mōstretur natura & causę cordialium pas- sionū: quę maxime corpus immutāt: asserēte galeno tertio libro artis paruę. Abstinerē ma- nifestū quoniā ab intēperātia oportet animę passionū. s. Irę, tristitię, gaudiū, furoris, timo- ris, inuidię, & sollicitudinis: exterminant em̄ hęc: & permutant corpora ab ea: quę est fm- naturā cōsistentia. Eodē etiā Galeno referēte primo libro de sanitate tuenda. Iracūdia, fle- tus, ira, tristitia: cura immodica & multę sup- his uigilię: febres accendunt, ac grauissimis uoletudinibus initia p̄bent. Ex cognitione igitur naturę & causarū cordis passionū hęc resultat utilitas: ut q̄s facile possit cauere eas. Et quotiēs in eas incidit: eas: ne nocumētū afferant: moderari. Ex secūdo tractatu altera constat utilitas. Ipsius. s. spūs substantiam, ac simul cor integra seruare: & ubi sint lapsa im- propriam pristinamq; integritatem reducere auxilio medicinarum tam simpliciū q̄ com- positarū. His paucis p̄libatis ad libri inter- pretationem nostra conuertetur oratio: con- cinaq; breuitate claudatur.

¶ Liber hic duos tractatus cōtinet. In primo docet princeps Auic. causas spūs: & eiusdem naturā. Naturā quoq; & causas passionū cor- dis: immutationem in ipso spiritu efficientiū. In secūdo docet in generali uirtutes medicio- narū: & in speciali uirtutes medicinarū faciē- tium scilicet cōfortationē cordis & simul naturā medicinarū simpliciū & cōpositarū cor con- fortatiū. Prim⁹ tractat⁹ cōtinet capita decē in quorū quolibet de quo diserat suo loco dicā. ¶ In primo diseritur de origine spiritus & p̄ originem spiritus intelligenda sunt principia siue causę spiritus ueluti dicimus originē rerū naturalium principia siue causas rerū natu- raliū. Distribuitur aut caput primū in partes quatuor. In quarū prima exprimit principiu effectiuū immediatū spiritus, & eiusdē cōten- tiuū. In scđa notificat finalis causa genera- tionis spūs: ibi creauit spiritū latorē uirtutū

Capitulum

animæ. In tertia notificatur causa materialis spūs: ibi pduxit etiā spiritū ex subtilitate humorū. In quarta fit cōparatio inter generationē spiritū & generationē mēbroꝝ: ibi etem cōparatio spūs ad humorum subtilitatem. In prima igit parte Auc. notificās principū effectiū immediatū spūs eiusdē pmo cōtentiū inquit. Creauit deus sinistra ex cōcauitatibꝫ. i. vētriculis cordis: vt eēt armariū: in quo reponat spūs & mīnera hoc est pncipiū generationis illius. Quæ quidē verba: & si breuissimo sint compendio cōclula: sunt tñ grandī sententiarum vbertate prægnantia.

¶ Pro intellectu illius verbi creauit est aduertendū: q̄ Aristoteles: qui nihil sine rōne naturali asseruit: sex tñ posuit rerū naturalū mutationes. Generationē/ corruptionē: augmentationē/ diminutionē alterationē & loci mutationē: vt apparet. §. de phisico auditu & primo de gnatione. De creatione autē & anihilatione nihil vnqꝫ locutus est: immo impossibiles reputauit hmōi mutationes. Nam cū creatio significet ex nihilo pductionē: anihilatio vero in nihilū reductionē Aristoteles v̄o statuat veluti pncipiū quoddā ex nihilo nihil fieri nullatenꝫ cōcessisset creationē. Ideo octauo phisicoꝝ dixit motū esse perpetuū. Et primo de cœlo & mūdo posuit mūdum esse perpetuū: & inter argumētandū cōtra Platonē dicentē mūdū fuisse genitū: assumit pro pmissa principū illud: ex nihilo nihil fit: immo existimat omne q̄ fit/ fit materia p̄supposita. Etiā arguēs cōtra asserētes mūdū corruptibilem pbat ratione naturali mūdū nō posse sic corrūpi: q̄ amplius non possit generari: q̄ idē est ac dicere: q̄ non possit anihilarī: ex eo principio nihil pōt reduci in nihilū. Verū hi: quibꝫ diuinitus est reuelatum primā causam nō naturaliter ac ex necessitate operari: veluti opinatus est Aristoteles: sed potiꝫ libere: assignauere duo alia mutationū genera creationē. i. & anihilationē. Et appellāt creationē pductionē de nō esse ad esse indepēdēter. i. neqꝫ subiecto neqꝫ parte p̄suppositis. Anihilationem reductionē rei in nihilū ita vt neqꝫ subiectū neqꝫ pars vlla remaneat. Harū autē mutationū vna tñ est causa immensus deus oīmqꝫ rerū cōditor: veluti testati sunt non modo fideles pphetę. Genesis em̄ primo: in principio creauit deus cœlū & terrā. Et ecclesiastes. 18. qui viuit i eternū creauit oīa simul: & idē. 17.

Primum. folio. iiii.

deus creauit de terra hominē: sapiētiae quoqꝫ nono deus patrum meorū dñe misericordiae: qui fecisti oīa verbo tuo. Et Esaię sexagesimo sexto. Omnia hæc manus mea fecit. Et psalmo. 94. Quoniā ipsius est mare & ipse fecit illud & sicca manus eius formauerūt. Euāgelista quoqꝫ Ioānes oīa p ipsum facta sunt. Sed infidelīū etiā cōplures idē pleno ore cōfirmare. Plato em̄ i timeo: mūdus oīm genitorū pulcherrimus est: & eius auctor causariū oīm optimus: & eodē libro vnū totū ex oībus totis & perfectis perfectum morbi & senectutis expertē deus mūdū constituit. Et idē Plato libro quarto de legū latōne inqt. Deꝫ o v̄ris: sicut antiquꝫ quoqꝫ sermo testat principū finē & media rerū oīm cōtinēs/ resta pagit. Orpheus quoqꝫ in quodā Hymno inqt de deo: qui oēs mūdi partes habitas gnationis princeps. Idem etiā alio hymno inqt oīm genitor principū & finis. Sibilla quoqꝫ eristea inqt. Deus vnꝫ eminētissimꝫ q̄ fecit cœlū/ solēqꝫ & stellas lunāqꝫ: fructiferāqꝫ terrā: & aquæ maris fluxus. Eadē sibilla alio loco: oīm nutritor atqꝫ creator: qui dulcem spiritū oībus apposuit. Non igit immerito inquit Auc. Creauit deus. Ipsi em̄ soli opus creationis cōpetit. Verum em̄ vero pductorū quēdā pducuntur in subiecto: vt formæ substantiales & accidentales. Quæ quidem sunt in duplici differentia. Nam quēdā nullum p̄supponunt subiectū ad sui productionē: vt anima rationalis. Et talia creantur: deus em̄ creat animā rationale in corpore indepēdēter: in eius em̄ productione nihil agit corpus: neqꝫ p̄supponitur ad animę productionē. Quæ dā vero formæ ad sui productionē p̄supponūt subiectū quæ si sint substantiales dicunt generari: si vero sint accidentia dicuntur fieri per alterationem siue alterari. Alia vero producuntur sine subiecto: & hæc sunt etiam in duplici differentia: quędam em̄ sunt entia per se constantia ex materia & forma. Quędā vero sunt entia per accidens: & sunt formæ accidentales. Et vtracꝫ dicuntur creati cum sine subiecto producuntur. Solus enim deus rem producere potest nullo subiecto p̄supposito. Causę em̄ naturales quicquid producunt: aut in subiecto aut ex subiecto pducunt. Quicquid autē deus pducit q̄qꝫ ex subiecto aut in subiecto pducatur dici potest creare: qm̄ eius operatio non depēdet a subiecto. Et sic inquit Auc. creauit deus

Tractatus

dextrū vētriculū cordis Nam licet Auc. fuerit Infidelis ac Machometic⁹: nichilominus tamen confessus est vnum deum oīm creatorem: Nōnullos em̄ ex nostre fidei articulis cōcedunt Machometici: plures tamen negant sua perfidia.

¶ Circa id verbū De⁹ est secūdo aduertēdū: q̄ q̄ deuz impossibile sit proprie diffinire: Nam neq̄ est sub genere: cum sit infinitus & immēsus: sub genere aut̄ solūmodo sunt finita: etiā non est species nisi improprie sumatur species. Etiā non est indiuiduū cū predicetur de trib⁹ personis. ¶ Si dicatur substantia: pro quāto est per se existēs: verūtāmē non est proprie substantia predicamētalis: cū nō recipere queat accidētia: Diffinitione aut̄ proprie dicta & quid statiuā sola species diffinitur. Hoc aut̄ videtur Plato inuere in timeo: vbi inq̄t. Opificem quidē & patrem mūdi inuenire difficile: & cum iam inueneris predicare eloqui vulgo impossibile est. Verūtāmē varij varie describere conati: sunt ipsum deū. Nam cum nullus pro statu isto ipsum agnoscere possit sub particulari & propria cognitione: sed tm̄ cōmuni quodā cōceptu sibi & creaturis vnū uoco: & cōmunis ille cōceptus variari possit propter varia prēdicata de ip̄o dicibilia: ideo varie ipsum varij describere. Dionysius em̄ libro de diuinis nominibus inquit: Quid est inq̄ deus: Est ratio simpla & veritas vere existens. Et idē alibi: deus siquidē est arcanū bonum omni rationi suprationale: nec vllī eorū quæ sunt inchoibile. Ioannes vero Damascenus inquit. Dicere namq̄ quid est Deus fm̄ substantiā: est impossibile: facili⁹ magis est facere rationem ex oīm dilatione: non em̄ eorum: q̄ sunt est aliquid. Non em̄ vt non ens: sed super ens: & super ipsum esse existens. Augustinus vero. 22. de ciuitate dei inquit. Deū certe sicut poterat: diffinire volens Cicero inquit. Mens quēdā est soluta & libera ab omni cōcretione mortali: omnia sciens: oīa mouens. Ipsaq̄ nutu p̄dita sempiterno. Secundus Phīs. Deus est mens immortalis: in contemplabilis cellitudo: forma multiformis: incogitabilis inquisitio: insopitus oculus: omnia continēs: lux bonum: & quicquid est huiusmodi. Empedocles autez dicitur deum sic diffinuisse: deus est spera cuius centrū est vbi q̄ circūferentia nulq̄. Aselepius deniq̄ in libro ad regem Amonem. Deus inquit omniū

Primus.

dominum: factorem: patrem: circū: & omnia existētia vnū: & vnum existens oīa. Alij autem aliter describere. Nam cū innumerē possint ei tribui p̄fectiores: innumerē quoq̄ possunt constitui huiusmodi descriptiones. Nulla tamen earū ppriā dei essentiam attinget.

¶ Circa id verbum dextrum ventriculū cordis opere precium est videre. Naturā cordis: ac partium eius. Possimus autem cor sic describere ex sentētia medicorum. Cor est principium vitę: radix & fons caloris naturalis ex carne dura & villorum omni genere contextū: Figure Pyramidalis. In medio pectoris situm parum in sinistram partem vergens: tribus constans ventriculis. & quatuor meatibus & vndecim coopertarijs. & duabus auriculis. supra cartilaginū fundamētum: stabilitum. dutoq̄ velatum panniculo.

¶ In qua quidē descriptione sex numero cōcluduntur notanda. Primum est virtus atq̄ utilitas cordis: quæ datur intelligi cū dicitur principium vitę. Secūdū est cōplexio: quæ datur intelligi: cū dicitur: radix ac fons coloris. Tertius est substantia: quæ datur intelligi: cū dicitur. ex carne dura. Quartū es figura: quæ datur intelligi cū dicitur figurę pyramidalis. Quintū est situs: qui datur intelligi: cū dicitur in medio pectoris situm. Sextum est partium cordis numerus & iuamēta: quæ datur intelligi: cum dicitur. tribus cōstans ventriculis: quæ omnia ordine discurrā.

¶ Propter primū est aduertēdum. Quod vt refert Galenus. 7. De iuamentis mēbrorum capite. 2. Genera utilitatū mēbrorū sunt tria. Quædā em̄ mēbra sunt necessaria & vtilia in vita: & quædā sunt necessaria & vtilia in permanentia speciei. Quædā vero sunt alterutrū vtilia: nō tm̄ necessaria. Exēplum primi est tm̄ cor fm̄ sentētia philosophi: fm̄ vero sentētia medicorū sunt cerebrū: epar. Exēplū: secūdi sunt testiculi ex sententia Medicorum: vas spermatica ex Philosophi sententia. Exēplum. 3. est Stomachus aut vię spermatis.

Cordis aut̄ necessitas ad vitam est: qm̄ ipsum est sedes vitalis virtutis: quæ ab eo influitur in oīa corporis mēbra mediante sanguine & spiritu. Immo quod potius est: si insequamur aristotelis sententiā: ipsum cor est omniū virtutū principium: & nō modo virtutū omniū sed etiā mēbrorū ipsas virtutes in mēbra corporis deferentiū. s. arteriarum / venarum. &

Capitulum

neruorum. Cor autē esse vitę principium: testatus est Aristoteles libro tertio de partibus animalium capite tertio vbi inquit: cor em̄ in parte priori atq; i medio sitū est: in quo principium vitę: eodē quoq; libro capite. 4. Cor autē velut alterū animal inest in his quę: corde vitalem originē cōtinent. Et ob hanc causam. s. q̄ sit vitę principium: nullam patitur grauem leuonē: vt sensit idem philosophus loco allegato: vbi inquit. Cor solū viscerum atq; omnium partū corporis nullum vitium patitur graue: idq; recta ratione: cum em̄ principium corrūpitur: nihil est quod ceteris: quę inde pendeant: prębere auxiliū possit: & subdit: Inditium q̄ nullum affectum cor patitur: q̄ in nulla hostia cor ita affectū vitum est: vt in ceteris visceribus cernitur.

¶ Propter secundum. s. cordis cōplexionem est aduertēdum. Quod cordis naturalis cōplexio est calida & sicca vt sensit Galenus primo libro de cōplexionibus capite ultimo: & secundo libro de cōplexionibus capite. 3. vbi inquit. Siccitatis autem quę est in corde superfluitatis quātitas super has omnes carnes est: s̄m quātitatem duritię eius super ipsas: & pręter hoc est calidior nō his partibus tm̄: sed omnibus mēbris corporis. Princeps quoq; Auic. Prima fen. primi canonis doctrina tertia connumerat cor inter mēbra calida & sicca. Ita vt inter calida obtineat primū locum: inter sicca decimū locum. Ipsum autē esse originē caloris naturalis testatus est Galenus. 7. de iuuamentis mēbrorum capi. 2. vbi inquit: cor ergo cum sit radix & fons caloris naturalis: per quē est regimē aialis: oēs partes eius sunt nobiles. Eadē est sentētia Rasis primo ad Almanforē capite primo inquit. Cor vero fecit de? vt esset fons & origo innati caloris: & vt ab eo totū corpus calefieret per arterias. Nulli igitur dubiū est: quim cor sit calide cōplexionis. An vero sit sicca an humida. Ambiguum est. Quod autē sit cōplexionis humidę persuadet auctoritate Auerois secundo colliget capite. 3. dicētis. Sed mihi videtur: q̄ cor est inclinās ad humiditātē: ppter spiritū existentem in eo. Secūdo vita omnis cōsistit per calidum & humidū: vt asserit philosophus libro de longitudine & breuitate vitę. Sed ipsum cor est vitę principium: igitur ipsum est calide & humidę cōplexionis. Tertio omne id mēbrum asserēdum est humidū: quod est san-

Primum. folio. v.

guinis principium. Sed cor est huiusmodi igitur ipsum est humidum: maior ex se patet: minor est philosophi. 3. de partibus animalium dicētis. Cor em̄ origo p̄ma & fons sanguinis est: aut cōceptaculum primū. Quarto omne id mēbrum dicendū est humidū: quod cōtinet maiorem sanguinis copiā oibus alijs mēbris: sed cor est hm̄oi: igitur ipsum est humidū: maior est nota: minor probatur auctoritate Galeni primo de cōplexionibus capite ultimo inquit: cor nāq; plus oibus mēbris sanguineum est: etiam Aristoteles. 3. de partibus capite. 4. inquit. Cor statim omnium partū primū existens sanguineū. Quinto eadē est materia generationis & nutrimenti: ex quibus em̄ sumus ex eisdē nutrimur. Sed cor generatur ex sanguine: vt refert Aristoteles. 3. de partibus: igitur ipsum nutritur ex sanguine. Sed omnis naturalis mēbricōplexio est similis et ex quo nutritur: vt refert princeps Auic. prima fen. primi doctrina. 3. Igitur cordis cōplexio est humida. In oppositū sunt Galenus & Auic. vbi supra: & medicorū maior pars. Rationes autē eorum sumuntur ex sensu nā ad tactum est durum: & ex cōponentibus. Nam cōstat maiori ex parte ex filis neruorū & ligamētorum quę sicca sunt cōplexionis. Ad hanc ambiguitatē non facile est respondere tenendo cū medicis: Nam argumenta in cōtrarium efficaciora videtur: q̄ quę probāt sicca eius cōplexionem. Quare si Galeni auctoritas non me moueret: tutius existimare dicere cum Auero esse cōplexionis humidę: q̄ contrarium. Multo em̄ plura ac efficaciora sunt quę arguunt eius humiditatem: q̄ quę siccitatē. Arguunt em̄ eius humiditātē. Primū principalitas eius in vita. Secūdū q̄ suo tēperamento est spiritus generatiuū. Tertium pingedo supra ipsum reperta. Quartū aquositas cōtenta inter ipsum & p̄niculum dictū pericordium. Quintum q̄ ipsum est mēbrū carnosum. Quę vero arguunt eius siccitatē: sunt tm̄ prędicta durities eius: & q̄ cōstat ex filis neruorū & ligamētorum. Etiā si quis bene dicta Galeni aduertat. Secūdo de cōplexionibus ad calcē censet ipsum cor cuti humidius: cuius verba sunt: itaq; etiam humidius: q̄ cutis cor est: q̄n. s. est mollius: quę verba aliter facēt in antiquiori trāslatione vitio traductoris vt existimo. Etiā quę ex Galeno allegātur cor siccum decernentia nō esse Galeni crediderim nā non cōperit.

tur in latiori linarci translatione. In sequen-
tes autē Aristotel. sententiā: dicere coguntur
cor esse humidæ cōplexionis: & licet Aristo-
teles id nō aperte asserat: tñ ex dictis ei? facile
elicif. Nam asserit cor principū vitæ: principū
sanguinis: sensus & motus & nutrimen-
ti: impossibile est autē: mēbrum natura siccū p
propriū tēperamentum vitā producere, san-
guinem efficere, nutrire, sensum & motū cau-
sare: vt cuius cōpertum est. Quare Aristote-
lem Insequētes dicent cor esse calidæ & humi-
dæ cōplexionis. Et ad argumenta Galeni di-
catur. Ad primum q̄ durities carnis in corde
arguit dēpsitatē eius & non siccitatē. Natura
em̄ ipsum fecit dēpsum & durū vt nocētibus
melius resistat & præsertim durius effectū est
versus eā partē qua magis opponitur ossibus
pectoris. s. versus mucronē. Ad secūndum di-
catur q̄ licet constet ex villis neruorū & liga-
mentorū tñ maior ex parte constat ex carne.
Non aliter dicūt medici musculū q̄q̄ constet
ex filis neruorū & ligamētorum tñ esse humi-
dæ cōplexionis: qm̄ in eius compositione do-
minatur ac superat caro.

¶ Si vells tenere cum Auic. Dic cor esse siccæ
cōplexionis per cōparationē ad mediū in ge-
nere membrorum. s. ad cutim. Ad argumēta
ante oppositū. Respōdendum est ad primum
q̄ Auerois fuit contrarius sententiæ aliorum
medicorū. Ad secūndū dicēdum q̄ licet vita
constet calido & humido per cōparationem
ad nō viuētia: nā viuēs se nō viuēte calidi? &
humidius nō tñ per cōparationē ad mediū
in genere mēbroꝝ. s. ad cutim: multa em̄ sunt
mēbra viuētia frigida & sicca per cōparatio-
nem ad cutim: multa etiā aialia viuētia, frigi-
da & sicca per cōparationem ad mediū ius-
tificale. s. ad hominē. Cum autem Aristoteles
dixit vitā consistere calido & humido intel-
xit p̄ cōparationē ad nō viuētia: omne em̄ vi-
uens calidum & humidum cōparatione non
viuentis esse dicitur: vt refert Galenus. 2. De
tēperamentis in hunc modū. Atq̄ inde adeo
dictū veteribus est aial calidum & humidum
esse nō absoluto sermone q̄ humiditas in eo
calor ve exuperet: (sic em̄ est inuenire aialia
sicca frigidaq̄ cōplura veluti culices, muscas,
apes, formicas.) Sed vt ad mortua collata.

Ad tertium negandum est cor esse sanguinis
principū. Sed epar ex medicorū sentētia. Ad
quartū neganda est maior contētum em̄ non

est causa cōplexionis cōtinentis. In simili ve-
nē cōtinent sanguinē: tñ sunt frigide & sicce
cōplexionis. Ad quintū negandū est: cor esse
mēbrum sanguineū: immo est spermaticum
pro maiorī parte, ex sententia medicorum.

¶ Ratione tertij. s. cordis substantiæ diximus
cor cōstare ex carne dura & villorū omni ge-
nere. Constat quidē ex carne dura: vt resistat
extrinsecis nocere potentibus: verū tñ conus
eius durior est basi: eo q̄ declinat magis ver-
sus anteriorem partem pectoris, & ne obuiās
ossibus pectoris recipiat nocumētum: cōstat
etiā ex omni genere villorū. s. ex longitudina-
lib? p̄ quos fit attractio. Et ex latitudinalibus:
per quos fit expulsio, & trāuersalib? p̄ quos
fit retentio. Hæc censuit Galenus. 7. de iuuu-
mētis mēbrorum capite. 2. Inquies. Substan-
tia autē corporis cordis ex carne & filis diuer-
sis cōstituitur: quoniā amplificatur & expan-
ditur per fila in longitudine cordis, & cōtra-
hitur per currētia fm̄ latitudinē in circuitu, &
continet illud quod cōtinet per fila dia-
gonalia per ligamēta extensa in interiori cor-
dis. Princeps quoq̄ Auc. fen. 21. 3. canonis
inquit. Cor quidem creatū est ex carne fortis
vt sit longinquū a nocumentis: in quo cōte-
ste sunt species villorum fortium vehemētis
diuersitatis. s. longitudinalium attractiuorum,
latitudinalium expulsiuorū, & trāuersalium
retentiuorum: vt sint ei species motuum.

¶ Propter quartū. s. figurā: diximus cor esse
figuræ Pyramidalis. Basis autē est in parte su-
periori: quoniā ab ipso oriūtur arteriæ. Co-
nus vero vergit versus partē inferiorem. Ba-
sis est in loco tutiori: quoniā est nobilior par-
tū cordis. Conus est in loco min? tuto quo-
niā ignobilior. Nobilitas autē & ignobilitas
diſtarum partium insurgit ex operationibus
vt sensit Galenus loco allegato. Vbi nobilissi-
mam partem cordis dicit illā: cuius utilitas est
custodire vitā, & sunt orificia duarum vena-
rum pulsatiliū oriētium a sinistro ventriculo
cordis: & intelligit per orificia tam sinistrum
ventriculū, q̄ etiā eius ostia. Dexter autē ven-
triculus & eius orificia sunt ignobiliora sinis-
tris: verū tñ alijs partibus nobiliora: & inter
oēs partes infima in nobilitate est Conus: &
ideo positus est in loco minus tuto & nocu-
mentis opposito. Et est vt clipeus vetriculo-
rum: & ideo declinat parū versus partem an-

Capitulum

teriolem. Aristoteles sic exprimit cordis figuram primo de natura animalium. Nec magnū est specie tota: non oblongū sed rotūdius: parte tñ extrema se colligit: exitq; pene i mucrone.

¶ Verū tñ hic insurgit ambiguitas. s. An sinister ventriculus cordis sit dextro nobilior: & videtur q̄ non. Primo autoritate Aristotelis libro de partibus animalium. 3. capite. 4. dicens. Dextrū ventriculū plurimū sanguinis & calidissimū cōtinere: sinistrū vero parū idq; frigidissimū. Quo fundamēto factō arguo: sic: is vētriculus est nobilior: qui cōtinet maiorem quātitatem sanguinis / atq; calidioris. Sed dexter vētriculus est hmōs igitur ipse est nobilior sinistro. Secūdo idem persuadetur. Aristoteles capite. 5. eiusdē ait: quāto aut nobilior / ac principalior pars prior q̄ posterior est: iāto vena maior prestātor est altera: quā aortam vocari diximus: altera em̄ in priora: altera in posteriora discurrit. Tūc arguo: vena magna cōiuncta dextro ventriculo est nobilior arteria aorta cōiuncta sinistro: igitur & dexter vētriculus est nobilior sinistro: consequētia patet: quoniam nobilitas vtriusq; a corde provenit ppter sanguinem in ipsas a corde lapsum. Tertio cor ideo dicitur principium omnium membrorum & prestātius ceteris: quia est primo vivēs / ac motum & ultimo moriēs ac motū: vt habetur secūdo de generatione animalium capite. 4. Cum aut eadem sit ratio totius & partis: vt refert philosophus. 1. de natura animalium: illa pars etiā cordis dicitur nobilior alijs: quæ primo vivit & movet. Sed ipsa est dextra pars: nam vt experiētia cōstat: homine morti appropinquāte multo pri⁹ cessat motus sinistrę partis cordis / q̄ dextrę: igitur vētriculus dexter est sinistro nobilior / ac prestātor. Quarto in vniuerso corpore dextra pars est prestātor / ac vegetior sinistra & nō nisi ex influxu dextrī vētriculi cordis mittentis maiorem sanguinis & spiritus copiam ad dextrā / q̄ ad sinistrā partē: igitur dexter ventriculus est prestātor sinistro. Quinto in animalibus suffocatis multa quātitas sanguinis reperit in dextro ventriculo cordis / & venis: nulla aut aut pauca in sinistro / & arterijs: igitur signū est: q̄ ad dextrum vētriculum currit sanguis tāq; ad principium vitæ: igitur ipse est sinistro prestātor. Sexto pulsus lateris dextrī est fortior pulsu lateris sinistrī: & non nisi ex cordis influxu: igitur dextra cordis pars

Primum. folio .vj.

est vegetior sinistra: quare & prestātor. In oppositū est Galenus vbi supra. Pro dissolutione huius dubij est aduertendū. Quod duplex est modus respondēdi ad ipsum. Primus est Aristotelis. Qui cū censeat / cor esse principium vitæ: principium sensus & motus / & nutritionis principium. Omnia aut hęc prestātius videātur cōsistere in dextro / q̄ in sinistro vētriculo: nā maior copia sanguinis & calidioris continetur in dextro / q̄ in sinistro: motus etiā est maior / ac sensus exquisitior in dextra q̄ sinistra parte: pulsus quoq; fortior: cōcludendū merito dextrū cordis ventriculū prestātorē nobiliorēq; sinistro: pro hac positione faciūt rationes ante oppositū. Verū infra aliter respondebitur ex sententia Aristotelis.

¶ Altera est positio Galeni Tenentis cor esse vitæ principium: non tñ sensus & motus / neq; nutritionis. Vita aut fm̄ ipsum influatur a corde in alia mēbra mediante sanguine arteriali / & spiritu vitali: quorum minera siue principium est sinister ventriculus cordis: quare fm̄ Galeni sententiam sinister vētriculus erit dextro prestātor. Nam dexter a natura deputatus ad maiore cōcoctionē sanguinis ab epate missi: vt sit aptus spirituum generationi. Et vitæ duæ disti vētriculi dextrī sunt destinatæ: vna pro sanguine ad cor deferēdo. Altera vt per ipsam cor mittant sanguinē pulmōni: quę operationes multo sunt ignobiliores operationibus sinistrī vētriculi / & vitarū eius. Quā positionem tenēdo. Respondēdum est ad argumenta. Ad primum dicatur q̄ ea fuit Aristotelis sentētia / aut melius: q̄ Aristoteles per sinistrū vētrem non intelligit eum: quem medici appellant sinistrum sed intelligit auriculam sinistrā: vt infra mōstrabo. Ad secūdū dicatur q̄ ea fuit Aristotelis sentētia / aut potius q̄ consequentia est nulla. Ad tertium dicitur q̄ licet ad sensum dextra pars cordis primo vivat & ultimo moriatur: nō tñ in rei veritate: imo sinistra primo vivit / & ultimo moritur. Quod aut primo motus manifestetur: ultimo desinat in dextra cordis parte: provenit ex mollitiæ & tenuitate eius. Natura em̄ nimis sollicita de custodia sinistrī vētriculi fecit ei⁹ ptes duras & crassas: parū aut sollicita de dextro vētriculo fecit ei⁹ partes molliores & tenuiores: & ideo motus est in eis manifestior. Ad quartū dicendū q̄ licet dextra pars sit fortior / & vegetior sinistra parte corporis:

id tñ non est propter influxum dextri ventriculi cordis: sed etiã ppter epar: & ppter motum maiore dextrę partis. Ad quintũ q̄ maior quãtitas sanguinis cõtenta in dextro ventriculo in animalib⁹ suffocatis potius arguit ignobilitatem eius: q̄ præstãtiam. Nam quo sanguis est ignobilior spirítu: eo ventriculus cõtinentes maiorem quãtitatem sanguinis est ignobilior cõtinente coplã maiorem spirítus. Et cum dare vacuũ sit impossibile: nulla continẽtia sanguinis arguit plenitudinẽ spirítus. Quare in aialibus suffocatis cũ sinister ventriculus sit sanguine vacuus: arguendũ est ipsis vivẽtib⁹ fuisse plenu spirítu. At vltimũ dicendum: q̄ maior fortitudo pulsus dextrę partis: non arguit maiorem in fluxum dextri ventriculi cordis. Sed potius maiorem fortitudinem & caliditatem dextre partis corporis. Omnis em̄ influx⁹ in pulsu est aperte sinistra cordis per arterias. Et licet dicta sint sustẽtabilla. Verũtñ si quis optime cõtẽpletur dicta Aristotelis: intelliget aperto ipsum non fuisse contrarium sententię Galeni in hoc dubio. Immo sensisse illũ ventriculum quem medici appellãt sinistrũ esse nobiliorem dextro. Pro cuius rei intellectu aduerte: q̄ vt inferius exponam Aristoteles appellavit ventriculũ medium illũ: quem medici appellant sinistrum. Etiã appellavit ventriculũ sinistrum eam partem quã medici appellant auriculã sinistram cordis. Quo supposito ostendamus: quo pacto Aristoteles censuit ventriculum: quẽ ipsemet mediũ appellat medici vero appellant sinistrum: sit dextro nobilior. Libro em̄. 3. de partibus aialium capite. 4. sic inquit. Sed melius est tres esse ventriculos: vt vnus cõmune principium sit. Medium aut̄ & impar principium est. Et subdit dexter plurimũ sanguinis & calidissimũ continet: q̄ obrẽ pars, dextra corporis calidior: sinister parũ idẽ frigidissimũ: medius mediocrem tũ copia, tum calore: sed puriorẽ. Principiũ em̄ q̄ maxime & quiescere debet. Tale aut̄ erit: si sanguis purus & mediocris: tum copia, tũ calore sit: hæc Aristoteles. Vbi aperte mediũ ventriculum appellat principiũ. Non potest aut̄ intelligi q̄ sit principium aliter, q̄ sit prima sedes virtutũ cordis tributarũ: tunc arguo sic: medius ventriculus est principiũ virtutũ cordis tributarũ: igit̄ ipse est dextro nobilior. Tunc vltra ventriculus appellatus ab Aristotele medius est a medicis

appellatus sinister: igitur sinister ventriculus est dextro nobilior s̄m sententiã Aristotelis. ¶ Propter quintum, s. situm cordis: diximus cor esse sitũ in medio pectoris. In homine tñ vergit parũ in partem sinistram: velut refert Aristoteles primo de natura aialium capite. 7. vbi inquit: cor sitũ ceteris aialibus in medio pectore est: in quibus, s. pectus inest homini tñ in partem sinistram potius vergit paulo a mamarum distinctiõne ad leuã inclinans papillã pectoris parte superiore. Idem etiam libro. 3. de partibus animalium capite. 4. causam illius inclinationis exprimit: dicens. Cor ceteris animalibus in medio pectore est. Homini tñ parum vergit ad leuã: vt eius partis refrigerationẽ moderetur & cõpensent. Princeps tñ Auc. præter dictam causam assignat aliã, s. vt elõgetur ab epate. Sed illa coincidit cũ dicta: nam elõgatio ab epate nõ fit aliã de causa q̄ ne calor totus cõgregetur in parte dextra. Auc. autẽ verba sunt. Est cor quidẽ positum in medio mediũ pectoris: quoniã est temperatior locus: & declinat magis parũ ad sinistrã: vt elongetur ab epate: & habeat epar locum amplũ. Et subdit: & ex eis q̄ intẽdunt in declinatione cordis ab epate: est vt non aggregetur calor totus in parte vna. Et vt reprimere ferat sinistrum: cum splen ipse sit non calidus valde. Et subdit aliã causam: & vt ipsum minus cõprimat venã cõcauam præparando ei quẽdam locũ: ita q̄ Auc. in vniuersum duas assignat causas declinationis cordis ad sinistrã partẽ. Prima vt frigiditas partis sinistrę temperet. Secũda vt locus venę cõcauę ferentis nutrimentum ab epate ad cor præbeat. ¶ Ratione sexti, s. partium cordis dictũ est cor continere tres ventriculos. In quo numero cõueniunt medici cũ Aristotele. Aristoteles em̄ primo de natura aialium capite. 17. inquit. Cor sinum triplicẽ cõtinet. Et eodem capite. 3. Habet: vt modo exposui: cor sinũ triplicẽ: & 3. de partibus capite. 4. ventriculũ triplicẽ cor magnorũ aialium habet. Idem etiã sensit Galenus. 7. de Iuuamentis membrorũ capite. 2. & cum eo cõsentit ois medicorum caterua. Verũtamen dissident medici ab Aristotele in dictorum ventriculorũ appellatiõne. Quoniã Aristoteles appellat mediũ ventriculũ: quem medici appellant sinistrũ. Et Aristoteles appellat sinistrũ quẽ medici appellãt auriculã sinistrã. Quod aptissime cõstat ex dictis Ari

Capitulum

stotelis. Primo q̄a libro primo de natura aia-
liū capite prius allegato inqt. Habet cor sinū
triplicē maximū dextro in latere: minimū sinī-
stro: mediū magnitudine iter sinistrū & dex-
trū: vbi sentit vētriculū mediū esse maiore s̄
nistro: & minore dextro: verūn̄ ventriculus
appellatus medi⁹ a medicis est oīm minimus:
immo est velut via: quē Galenus loco allega-
to appellat parietē his verbis. Et ī medio cor-
poris cordis est corpus sile parietī inter duos
vētriculos cordis. Quare cōcludendū est: q̄
Aristoteles p̄ mediū vētriculū nō intelligit
eū: quē medici appellāt mediū: sed potius eū:
quem appellāt sinistrū. Secūdo id cōstat quia
loco allegato idē Aristotelis inquit. Inferius
vero a nexu suo cor maximo sinu venę cōiū-
git maiori: sinu autē medio aortę annexū. Vbi
aperte sentit q̄ dexter vētriculus cōiūgit cū
vena maiori: & medi⁹ cū arteria adorti. Aper-
tissimū autē est: q̄ vētriculus appellat⁹ medius
a medicis nullā cōiūctionē habet cū arteria
adorti: sed poti⁹ dictus a medicis sinister: qui
duo habet orificia: vnū coniūctū cū arteria
adorti: alterū cū arteria venali. Igit̄ Aristote-
les appellat mediū vētriculū: quē medici ap-
pellāt sinistrū. Tertio cōstat q̄a. 3. libro de par-
tib⁹ aialū capite. 4. inquit: dexter vētriculus
plurimū sanguinis & calidissimū cōtinet: sinī-
ster parū idq̄ frigidissimū: medius mediocrē
tū copia: tū calore. Apertū autē est: q̄ vētricu-
lus dictus sinister a medicis nō cōtinet minorē
re sanguinis quātitatē: neq̄ frigidioris q̄ me-
dius: immo calidissimi vt cēsuit Galenus pri-
mo de tēperamētis: igit̄ Aristoteles nō intelli-
git p̄ sinistrū eū: quē medici appellāt sinistrū:
sed poti⁹ p̄ mediū intelligit eū quē medici ap-
pellāt sinistrū. Restat in̄ difficultas: qd̄ intel-
ligat Aristoteles p̄ sinistrū vētriculū: aptū em̄
est: q̄ nō intelligit eū: quē medici appellāt me-
diū: cū is nullatenus sit sinister p̄ cōparationē
ad vētriculū dictū ab eo mediū. Necessario
igit̄ oportet intelligat. Aut orificiū: quo cōiū-
git vētriculus dict⁹ sinister a medicis arterię
venali aut auriculā sinistrā cordis: cū nullū sit
aliud receptaculū sanguinis a dictis ī sinistra
cordis pte. Verūn̄ q̄ nō intelligat orificiū ar-
terię venalis p̄t̄: qm̄ ip̄m ē nimis angustū: &
nō gerit speciē vētriculi: q̄re cōcludendū ē: q̄
Aristoteles appellat sinistrū vētriculū cordis/
auriculā eius sinistrā. Ipsa em̄ videt̄ vētriculi
speciē gerere: qm̄ est cōcaua cōtinens intra se
sanguinē: vt infra exponem⁹. Aut dicēdū q̄

Primum. fol. vij.

Aristoteles. In partiū dissectiōe fuit inexpl⁹:
vt p̄t̄ ex multis scriptis libris de partib⁹ aia-
liū: & etiā libris de natura aialū: suo em̄ tpe
nōdū p̄be cognitę erāt partes corporis hūani.
Nullus em̄ ante Galenū fuerat diligēs partiū
corporis humani dissector. Ip̄s⁹ Galen⁹ fuit
solertissim⁹ in ea arte: quare sibi potius credē-
dū est. Diximus p̄terea in corde esse quatuor
meat⁹ & vndecim cooptoria. Duo autē meat⁹
sunt in dextro vētriculo cordis: vn⁹ termina-
tus ad venā magnā. Alter ad venā arterialem.
Alij duo sunt in sinistro vētriculo: vn⁹ tēdēs
ad arteriā adorti. Alter ad arteriā venalem. Illo-
rū orificioꝝ duo seruiūt attractioni. s. orificiū
venę magnę: nā p̄ ip̄m attrahit̄ sanguis ab epa-
te ad cor. Et orificiū arterię venalis: nā p̄ ip̄m
attrahit̄ aer a pulmone ī sinistro vētriculū cor-
dis: p̄ cordis euētatiōe. Alia seruiūt expulsio-
ni. s. orificiū arterię adorti expulsionī sangui-
nis arterialis & spūs vitalis ī corporis mēbra: &
etiā fumorū quorū dā: q̄s capnosos appellāt:
cordis calore genitorū ī sanguinis vltiori dī-
gestiōe & spūs vitalis gñatiōe. Et orificiū ve-
næ arterialis fuit expulsionī sanguinis missi a
corde ī pulmone p̄ sui nutritiōe. Hęc autē ex-
pressit Gale. 7. de iuuā. mēbro. cap. 3. In hunc
modū. Et orificia trāsētia sup̄ cor sunt quae-
tuor. & in vtroq̄ vētriculo sunt duo. Et duo
illoꝝ addūt cordi illud: quo indiget. Et duo
extrahūt ab illo illud quod debet exire. Hęc
Galenus. Vena autē trāsēs a dextro vētriculo
cordis ad pulmone: & ferēs nutritimētū sibi dī-
cta est vena arterialis: eo q̄ cū sit vena: est in-
facta ad formā arterię cōstās ex duab⁹ tunicis
dēpsis. Causam eiusmodi formatiōis explicat
Galenus loco allegato cap. 2. vbi inqt. Et fuit
vena posita nō pulsabilis in eo habēs coopto-
riū spissū ad similitudinē creatiōis venę pulsatio-
lis ī alijs mēbris: vt sit illd̄ qd̄ resultat ex sāgu-
ne: quē accipit pulmo subtile & tenue. Arteria
autē p̄cedēs a sinistro vētriculo ī pulmone dī-
cta est venalis: eo q̄ cū sit arteria q̄a pulsabilis:
fctā ē ad formā venę. s. ex vna t̄m tunica tenui
Et eiusmodi creatiōis cā ē vt aer necessari⁹ ad
euētationē cordis facile penetret in ip̄am p̄pter
sui tenuitatē & raritatē. Nutrit̄ autē pulmo ex
sāguine sibi missa a corde. Nā cū ip̄s⁹ optime
inleruat cordi ī euētādo ipsum: vt se gratū
p̄beat: cōmittit ei de p̄prio sanguine p̄ ei⁹
nutritiōe. Hoc autē sensit Galenus loco alle-
gato. Pulmo autē nutritur ex sanguine subtili
eo q̄ indiget leuitate propter cōtinuū motū.

Tractatus

¶ Undecim coopertoria sunt distributa in distis. 4. orificijs hoc pacto: nā supra quoduis eorū sūt tria: p̄ter q̄ supra orificiū arteriē venalis sunt tm̄ duo. Verūm̄ coopertoria orificio r̄u seruiētū attractioni. s. venę magnę & arterię venalis p̄cedūt ab extra intro: vt adueniēte sanguine, aut aere ad cor p̄beāt eis iter: & aperiant: & cū plenū sit cor claudant & p̄hibeāt exitū sanguinis & aeris a corde. Coopertoria vero orificio r̄u seruiētū expulsionī: vt arterię adorti & venę arterialis p̄cedūt abintus foras: vt cū cor expellit sanguinē & spiritū: p̄beāt eis viā: deinde claudāt orificia: & ne sināt sanguinē & spiritū retrocedere ad cor. In orificio itaq; venę magnę sunt tria coopertoria spissa & fortia: cōstant em̄ ex filis neruorū: & sunt copulata cū corpe cordis ligamētis fortib⁹: vt seruiāt bene sanguinis attractiōi: & cū attract⁹ sit: optime retineāt, & veniūt ab extra intro. In orificio venę arterialis: sunt etiā tria coopertoria distis subtiliora: abintus extra p̄cedētia p̄pter causam distā & appellātur a Ga. ceosa quia facta sunt ad formā. c. In orificio arterię adorti sunt etiā tria coopertoria p̄cedētia ab intra extra. In orificio v̄o arterię venalis sūt tm̄ duo coopertoria p̄cedētia ab extra intro. Et sunt tm̄ duo: qm̄ vt inq̄ Galen⁹: orificiū illud nō indiget clausiōe p̄fecta: vt p̄ ipm̄ possit semp̄ exire supfluitas humorū in corde genitorū. In alijs v̄o orificijs sunt tria: vt citi⁹ & p̄fectius ac cōpleti⁹ claudāt orificia. Inter dicta coopertoria est discrimē in fortitudine & debilitate. Nā coopertoria venę magnę & arterię venalis sūt fortiora & duriora coopertorijs arterię adorti & venę arterialis: qm̄ illa mouētur ad motū dilatatiōis cordis: hęc ad motū cōtractiōis. Dilatatio siquidē est mot⁹ fortior & violētior ipsa cōtractiōe. Ex distis cōstat quid p̄meatus: & coopertoria sit intelligendū.

¶ Consequēter dicendū est de auriculis. Auriculę cordis sunt duę: quarū vna est supra duo orificia dextrī ventriculi cordis. Altera supra duo orificia sinistrī ventriculi. Et vt inq̄ Galen⁹ loco allegato cap. 4. sunt additamēta neruosa cōcaua: dū cor nō expandit sunt flexibiles ample cōcauitates: & cū cor expandit incordant: sicut incordātur coopertoria: & fiunt strictę: & sic cōstringunt illud quod cōtinet in eis, & exprimūt ipm̄ ad cor. Et appellantur auriculę: quia assimilātur auriculis: & q̄a sunt in lateribus cordis: sicut auriculę in lateribus

Primus.

capitis. Finis autē creationis harū auricularū fuit: vt si aliqñ cōtingat cor repleri multo sanguine & spū recipiat in his additamentis. Et hoc fecit natura intēta paruitati & nō magnitudini cordis. Nam ex cordis magnitudine fuisset secuta virtutū debilitas. Aīalia em̄ magni cordis sunt pusillanimita: parui v̄o cordis fidētiora: vt refert Aristoteles. 3. libro de partib⁹ aīaliū cap. 4. Dicitur auriculę sunt tenues & durę: quia vt inq̄ Galenus tenuitas inuat ipas ad cōstringēdū: durities inuat ipas cōtra occasiones: cū oē corpus neruosum sit fort⁹ & magis paties occasiones. Hęc de auriculis.

¶ Consequēter dicendū de cartilagineo stabilimēto. In medio em̄ basis cordis: vt inquit rasis primo ad Almansiorē capite. 14. Inuenitur iuxta originem, vel radicem suā quoddā: quod cartilagini assimilaf: qđ quasi toti⁹ cordis est basis. Auerois quoq; p̄mo coliget inquit. Et versus radicē suā est res vna siliis cartilagini: & ipsa est quasi fundamētū toti⁹ cordis. Eius autē vtilitas est cor firmum ac stabile reddere. Nā cū cor moueatur multis motū generib⁹: indiget aliqua re fixa: supra quā firmef id autē est caroilla dura ad formā cartilaginis: in hois corde. In multis autē alijs aīalib⁹ ē os: vt in nōnullo gñe boū: & in eqs: & ceruis: vt refert Aristoteles libro. 3. de partibus aīaliū.

¶ Tandē dicendū est de duro p̄niculo coopertiente cor. Id autē appellat cordis capsula siue pericordiū. De eo Aristoteles primo de natura aīaliū inquit. Cor optū est mēbranę inuoluerō pingui & corpulento. Et Galenus loco allegato capite. 6. inquit. Cor est pendens in medio telę durę. Inuamentū autem illius est tueri cor ab extrinsecis nocumentis: quare princeps Auc. Fen. 11. tertij inquit. Vt sit clipeus & tutamen. Inter ipsum panniculum & cor interiacet tanta distantia: vt possit cor dilatari. Et hęc sufficiāt pro manifestatione naturę cordis, & partium ei⁹. Quę aducta sunt pro intellectu illorū verborū. Sinistrū ventriculū cordis. Et sequitur. (Vt esset armariū & minera generatiōis eius.) Vbi innuit finalis causa creationis sinistrī ventriculi cordis: creatus em̄ est: vt produceret, ac reciperet spiritū vitalem: esset armariū. i. repositorium spiritus. Et minera generatiōis eius. i. principiū productiuum illius. Quemadmodum em̄ fm̄ sententiā medicorum. Epar ex substantia chilo li per propriā virtutē generat massam humo

rale & ex puriori parte illi⁹ masse generat spiritum naturalem sic ex sanguine misso ab epate in cor dexter ventricul⁹ cordis generat sanguinem arteriale p⁹teriorē decoctionē ex cui⁹ sanguinis puriori partē sinistra ventriculus cordis per propriā virtutē generat spiritum vitalem.

TEXTVS.



Reauit spiritum latorē virtutū anime in mēbra animalium tendētium mediante ipso.

Creauit itaq³ primū appendiculum virtutū anime spiritum: & emanationem secundam in mēbris corporis mediante ipso.

Commentaria.



In hac secūda parte pnceps Auic. notificat finale causam ipsius spiritus dicēs. Quod de⁹ creauit spiritum latorē virtutū anime. i. vt deferret virtutes anime in mēbra corporis animalium tendentiū mediāte ipso: ipse em spiritus est vehiculū virtutū in mēbra. Creauit itaq³ primū appendiculum / hoc est creauit spiritum: vt esset primum subiectum virtutū anime. Et emanationem secundam. i. exitum virtutum in operationes in mēbris corporis mediāte ipso tanq³ virtutum instrumento.

Pro euidētiori huiusc³ litteræ intellectu est aduertendū. Primo q³ virtus vt principi placet Auic. prima Fen. primi doctrina sexta: est quę operationis existit in istū. Virtus autē multiplicē habet acceptionē. Quę em accipitur pro qualitate: vt apud Auic. p⁹ma Fen. primi doctrina tertia vbi inquit: & quę virtutes primę: quę sunt in elemētis predictis. Quę sumitur pro forma specifica dicta tota substantia. Et sic sumpsit Auic. Fen. prima primi doctrina sexta capite. 5. Et attractio fit aut a virtute aut implēdo vacuū aut a calore. Quę sumitur: vt est quid cōmune ad cōplexionem & occultā proprietatē & sic cōmuniter sumunt medici diuidentes virtutes in primas secundas tertias & quartas. Quę sumitur pro morali virtute. Quę vt ait Aristoteles. 2. ethicorū est habitus electiuus in mediocritate cōsistēs. Sumit tandē pro animi potētia: s⁹ q³ eā Aristoteles.

teles. 2. de aia diuidit in vegetatiuā / sensitiuā / appetitiuā / motiuā s⁹ locū / & intellectiuā / & hoc pacto: sumit Auic. latorē virtutum. Sic sumptā virtutē distribuūt Medici in naturalem / vitalem / & aialem. Naturalis est duplex. Quędā requisita a cōseruationē speciei. Quę dicif g⁹atiua. Et ea est duplex. Quędam vnīuersalis: quę generat sperma in testiculis. Altera particularis. Quę etiā est duplex. Quędā quę diuidit virtutes quę sunt in spermate: & preparat / ac pmiscet eas tēperando: vt vnīcuiq³ cōuenit mēbro dās cōplexionē ppriā: & hęc appellat imutatiua prima. Altera q³ lineat & figurat mēbra: q³ dā aspera / q³ dā lenia / q³ dā cōcaua efficiēdo / & cōtinuat ea. Et hęc dicif informatiua. Altera est naturalis virtus requisita ad cōseruationē idiuuidi. Quę est duplex. Quędā ministrās. Altera ministrata. Ministrans est quadruplex / attractiua / retentiua / digestiua / expulsiua. Ministrata est duplex. Quędā q³ cōuertit nutriēs in similitudinē nutriti / & hęc est nutritiua. Altera q³ addit in totū corporis diametris dicta crescitua. Vitalis virt⁹ est qua viuim⁹ cuius sedes est cor ab eo dilabit i cetera mēbra p arterias. Aialis autē virt⁹ est duplex. Quędā sensitiua altera motiua. Sensitiua est duplex. Quędā manifeste cōprehēsiua distributa in quinq³ sensus visum / auditū / odoratū / gustū / tactū. Altera est occulte cōprehēsiua. Quę est q³ntuplex. i. sensus cōis: q³ cōprehēdit oia sensibilia exteriorū sensū. Fantasia q³ reseruat cōprehēsa a sensu cōis. Imaginatiua siue cogitatiua q³ cōponit & diuidit pcepta sensu: & appellat imaginatiua quotiēs subseruit impio stimatiuæ virtutis. Appellat cogitatiua quotiēs subseruit imperio virtutis rōnalis. Alia est virtus dicta estimatiua: q³ cōponit / & diuidit / & elicit ex sensatis insensata. Alia est virt⁹ memoratiua: q³ reseruat cōprehēsa ab oibus alijs quatuor virtutib⁹. Et oēs hęc quinq³ virtutes vtūtur organo corporeo in suis operationibus. Sensus cōis & fantasia primo ventriculo cerebri. Cogitatiua & stimatiua medio ventriculo cerebri. Memoratiua vero ventriculo posteriori cerebri. Pręter has est alia aialis virt⁹ rōnalis dicta q³ nullo idiget organo ad suas opatiōes q³ i opādo depēdet ex virtutib⁹ cogitatiua & estimatiua. Nihil em est p statuisito in intellectu qui prius fuerit in sensu / saltē sensibile. Harū autē virtutū tria statuunt principia a medicis. Vitalis virtutis p⁹

capitulum est cor. Naturalis epa. Aialis cerebrum. Quare Galenus libro de virtutibus corpus nostrum dispensantibus inquit. Scire autem oportet: ipsas virtutes ex tribus provenire particulis. Ex capite quidem qua ratio cinamur / & memoremur / & sentimus / & de loco ad locum permutamur. Ex corde vero eam: qua irascimur & percalidifumus / & adhuc pulsum habemus in ipso corde / & in omnibus arteriis. Ex epate autem eam: secundum quam nutrimur / & augemur / & cibum appetimus / & assumptum elaboramus.

¶ Quid sit autem distinctarum virtutum explicare non facile est. Cum Medicorum lucerna Galenus maxime circa eam videatur exisse. Nam libro de substantia virtutum naturalium: postquam antiquorum sententias adduxit inquit. Ego vero in medio quodam ordine meipsum loquavi. Et subdit: de aliis igitur dogmatibus absolute: quoniam scivi eam quae in eis virtute. Horum autem: quoniam de ea nihil scivi: nunc traheo: melius existimas. Si scirem: ita de eis enunciarerem sicut in aliis: non tamen suades mihi certam noticiam habere non habui demonstrationem certam. Haec Galenus. Verum tamen Medici posteriores varie explicat substantiam suae quidditatis virtutum. Galenus quoque ipse variis in locis varie de ipsis virtutibus sensit. Quare ex multiplici varietate. Nonnullorum tamen sententiam explicabimus. Quidam: ex quorum numero fuit Aulic. dicunt virtutes esse proprietates quasdam naturales: quibus mediatis anima diversis via membrorum temperamentis varias producit operationes. Hi enim asserunt quod ad quaecumque animati operationem concurrat triplex principium. Unum principale / & est anima. Aliud quod est instrumentum purum operationi proximum: & id est complexio / aut compositio. Aliud est medium: tam principale / quam instrumentale secundum quid: principale respectu complexionis: instrumentale respectu animae / & illud est virtus animae / quae est proprietas quaedam. Ex horum itaque sententia. Anima operatur per virtutem: virtus autem per complexionem. Sicut in artificialibus anima artificis: quae est principale agens operatur mediante habitu: habitus vero mediante instrumentum. Et consequenter dicunt hi: virtutes animae organicas esse ab anima realiter distinctas: & quod sunt proprietates fundatae in compositio. Ex horum numero. Nonnulli asseruere etiam virtutes non organicas esse proprietates distinctas ab anima / & esse fundatas in anima verum haec sententia est a ratione aliena & insustentabilis: ut infra monstrabitur.

¶ Distincta positione stabiliunt rationibus. Prima non

minus valida debuit esse natura circa perfectionem animatorum / quam inanimatorum. Sed inanimata insigniunt proprietatibus consequentibus formas distinctas a formis & complexionibus: igitur & animata debuit eisdem proprietatibus / & adhuc nobilioribus insignire: quibus anima exeat in operationes sibi debitas. Secunda ratio. Non minoris potest videtur natura quam consuetudo: sed consuetudo potest producere in anima virtutem: per quam proptius exeat in operationes: ut patet de virtutibus tam moralibus / quam intellectualibus: igitur natura etiam poterit producere virtutes. Tertia veluti ratio nos cogit ponere virtutem in reubarbaro distinctam ab eius substantiali forma & complexione: qua attrahit coleram aliis humoribus derelictis. Sic etiam eadem ratio nos cogit ponere in membro proprietatem distinctam ab anima & complexione: qua mediante membrum attrahit convenientem relictis discovenientibus: ratio enim est eadem igitur &c. Quarta. In eodem membro cooperiunt operationes contrariae: ut attractio & expulsio igitur oportet assignare principia diversa earum productiva: illa autem non possunt esse / neque anima neque complexio: igitur erunt proprietates variae. Quinta ratio. Una virtutum operante alia quiescit: & una destructa alia remanet: ut in paralitico: in quo animati destructa vitalis remanet: igitur dicuntur virtutes sunt inter se differetes aliis ab anima & complexione. Sexta dicitur virtutes habent obiecta diversa actus diversos & fines diversos: igitur ipsae differunt inter se. His rationibus conclusit haec positio virtutes esse proprietates distinctas ab anima & complexione compositio a natura insitas. Quod autem non possint animae insesse a natura: patet: quoniam dicitur proprietates sunt accidentia: ut videbitur in explanatione ultimi capituli huius tractatus: animae autem a natura nulla insunt accidentia. Nam anima creata est tamquam tabularasa: in qua nihil depictum. Sed dicent opinantes virtutes animae insesse organici & non animae. Dicitur positio videtur consentire Galeno. Secundo enim libro de virtutibus naturalibus. Querens: qualiter trahatur nutrimentum ad membra: respondet. Qualiter autem aliter / quam ut ferrum ab erradio. id est magnete lapide virtutem habente attractivam talis qualitatis ferri. Primo etiam libro affectorum locorum inquit. Ergo ut magneti lapidivis inest: quod ferrum attrahere potest. Ita naturalia quoque instrumenta omnia facultatem habent: qua actionem suam perficiunt. Haec Galenus: verum tamen ut dictum est: hesitavit: quoniam sit distinctarum virtutum substantia / seu quidditas. id est aut sint substantiales: an potius accidentales formae.

Positio autē cōmuniō tam philosophorū
 q̄ medicorū. Duplicē asserit esse virtutem in
 nobis. Quādam principalē: & ea est aīa. Quę
 dicit̄ vitalis virtus pro quāto est vitaliū ope-
 rationū p̄ductiua. Animalis pro quatuor est
 sensus & motus principū. Naturalis p̄ quā-
 to est naturaliū operationū p̄ductiua. Alterā
 dicit̄ minus principalem & instrumentalem &
 ipsa est cōplexio siue tēperamētum: quo me-
 diante aīa exit in operationes. Et sic sumēdo
 virtutē: virtus vitalis est tēperamentū cordis
 & spiritus: quo mediāte anima exit in vitales
 operationes. Virtus aīalis est tēperamentum
 cerebri & spūs aīalis: quo mediante aīa exer-
 cet operationes sentiēdi & mouēdi. Virtus
 naturalis est tēperamentū epatis & spūs natu-
 ralis: quo mediante aīa exit in naturales ope-
 rationes. Et hoc modo sumēdo virtutes differe-
 rūt & ab ipsa aīa & inter se. Diuersa em̄ sunt
 inter se dīstōrū mēbrorū & spiritū in eis ge-
 nitorū tēperamenta. Dicuntur etiā cor epar &
 cerebrum influere in oīa corporis mēbra dī-
 stas virtutes: pro quāto influūt dīcta tēpera-
 mēta mediāte spiritū. Dicit̄ etiā spūs subiectū
 virtutū: pro quanto est subiectū cōplexionis
 siue tēperamētis: quod virtus dicit̄. Eadē rōne
 spūs dicitur vehiculū virtutū: vehit em̄ tēpe-
 ramentū a mēbro principalī ad nō principa-
 lia. Hęc aut̄ positio fulcitur etiā rationibus.
 Prima non est ponēda pluralitas sine necessi-
 tate. Sed oīa potest aīa mediāte cōplexio-
 ne perficere: sicut positis dīstis p̄prietatibus:
 igitur non opus est illas ponere. Secūda aut̄
 dīstę p̄prietates sunt substātię aut accidētia:
 nō substātię neq̄ etiā accidentia: igit̄ nō sunt
 ponēde. Ad hęc argumēta facile respōdebit
 p̄missa positio. Ad argumentum pro alter
 positioe contra hanc difficilīus est respon-
 dere. Quare tutius est tenere. Virtutes dīstas
 esse p̄prietates naturales dīstīstas ab aīa &
 cōplexione. Verū si quis proterue velit tene-
 re cū cōmuni positioe. Respōdebit ad argu-
 menta facta pro altera positioe. Ad primum
 concessa cōsequentia & cōsequētī dicatur: q̄
 licet animata sint insignita p̄prietatib⁹: nō
 tñ inde sequitur: q̄ virtutes sint p̄prietates
 dīstīstę: cū sufficiat ipsa anima & cōplexio
 ad saluādas earum operationes. Ad secūdam
 cōceditur cōsequētia & antecedens & conse-
 quēs: inde tñ nihil aliud sequit̄: nisi q̄ natura
 posset p̄ducere p̄prietates: quo cōcesso non

inde sequitur q̄ virtutes sint p̄prietates dī-
 stīstę. Ad tertiā dicitur q̄ nō est equalis ra-
 tio: nam aīa mediāte cōplexione sufficit ad
 attractiōē nutrimenti: nulla alia posita dīstī-
 sta causa. Ad quartā dicitur q̄ contrarie ope-
 rationes in mēbro p̄cedūt ab anima mediāte
 cōplexiōe: in qua sunt virtualiter diuerse vir-
 tutes. i. quatuor primę qualitates. Ad quintā
 & sextam dicēdum: q̄ eis nihil aliud cōcludit̄
 tur: q̄ q̄ diuersis instrumentis vtatur anima
 ad diuersarum virtutū operationes. (Crea-
 uit spiritū latorē virtutū aīę.) Hoc est deus
 creauit spiritū: vt deferret virtutes aīę in mē-
 bra aīaliū. Nam finis creationis spūs est dela-
 tio virtutū a suis mīneris & principijs in alia
 corporis mēbra. (Creauit itaq̄ primū appē-
 diculū virtutū aīę spiritū). i. primū subiectū.
 (Et manationē secūdam). i. exitū virtutū in
 operationes mediāte ipso. Cor em̄ p̄ propriā
 virtutē generat spiritū insignitū virtute: etiā
 vitali instrumentali. Itaq̄ cum primū genitus
 est spiritus vitalis: est primum appendiculum
 siue subiectū virtutis vitalis: postea dīcto spūs
 ritu perueniēte in aliquod mēbrū anima me-
 diante virtute dīsti spiritus exercet operatio-
 nes vitales in membro. Et sic manatio secun-
 da operationum fit mediāte spiritū. Et nota
 q̄ spiritus non dicitur primum appendi-
 culum virtutum: eo q̄ ipsum sit primum sub-
 iectum virtutum: sic q̄ nō sit aliud subiectum
 eo prius. Nam prius est subiectum virtutum
 principale mēbrum: in quo genitus est spi-
 ritus, q̄ ipse spiritus. Sed dicitur primum in
 ordine ad mēbrū in quo manifestatur vir-
 tutis operatio. Prius enim virtus est in spūs
 tu, q̄ operatio eius manifestetur in membro:
 & sic manifestatio operationis meref̄ dicit̄ se-
 cūda. Vel dicitur primum eo q̄ in generatio-
 ne hominis primo spirit⁹ gignitiuus fuit vir-
 tute dotat⁹ & ab eo emanauit virtus in prin-
 cipali genita membro.

TEXTVS.

Produxit etiā spiritum ex subti-
 litate humorum & igneitate:
 quēadmodū produxit corpus
 ex grossitię ipsorum & teresteitate.

Commentaria.



In hac tertia parte princeps Auic. Notificat materialem causam spiritus dicēs: q̄ deus produxit spiritum ex humorū subtilitate & igneitate. i. ex partibus subtilibus & igneis: quēadmo-

dum produxit corpus ex grossitate humorum & terestritate. i. ex grossis & terreis partibus humorum.

¶ Circa quā litteram insurgit ambiguitas. i. An materia generationis spiritus sint omnes quatuor humores: an solus sanguis. Quod oēs quatuor humores: videtur elici ex verbis Auic. in littera. Etiā idē Fen. prima primi doctrina sexta capite. 4. Inquit: quēadmodū ex humorū spessitudine s̄m aliquā cōplexionem substantia generatur spissa: quæ est mēbrum, aut pars mēbrī: ita ex humorum vaporibus & eorum subtilitate s̄m aliquam cōplexionem substantia generatur subtilis: & est spiritus.

¶ In contrariū videtur esse Galenus. 7. de iuamentis mēbrorū capite vltimo: vbi inquit. Et dicere q̄ spiritus: per quē est vita: est vapor sanguinis teperatus non est incōueniēs. Idē sentit Isaac. 4. theoricæ capite. 19. vbi inquit. Naturalis spiritus in epate nascitur & subdit. Hic igitur ex perfecti sanguinis fumo nascit: qui in epate mūdificatus & digestus ex omnibus humoribus clare depuratur eadem est sententia alyabatis eodem libro & capite.

¶ Item ratione idē persuadet omne id quod temperatam obtinet cōplexionem: ex temperata materia generat: sed spiritus obtinet temperatam complexionem: vt videbitur capite sequenti: igitur ipse generatur ex humore teperato: qualis est sanguis inter humores.

¶ Ad hāc ambiguitatē aliter respōderet Aristoteles & eum inquētes. Aliter vero Medicorū magna pars. Nam cū Aristoteles senserit materiam generationis & nutritionis mēbrorum esse solū sanguinē: vt. 3. libro de partibus animalium capite. 5. Alios vero humores a sanguine esse ex cremēta: vt libro. 3. de natura animalium capite. 2. Diceret quoq̄ spiritum ex solo sanguine generari. Et rationes persuadentes membra generari ex solo sanguine: persuadet etiā spiritū generari ex solo sanguine.

¶ Qui vero tenēt cum hippocrate mēbra generari ex quatuor humoribus. Dicēt etiā spiritum ex eisde generari. Qualiter sensit Auic. Locis allegatis & Galenus libro de virtutibus corpus nostrū dispensantibus vbi inquit: vitalis spiritus s̄m arterias & cor generat ex inspiratione & humorū vapore. Rationes autē pro hac positione cōprobāda sunt quæ solēt adduci ad probādum mēbrorum generationem fieri ex quatuor humoribus. Hoc depto q̄ sunt efficaciores ad probandū illud q̄ hoc propterea q̄ in spiritibus nō est tanta diuersitas: quāta in mēbris. Si velis tenere spiritū ex solo sanguine generari: dic ad auctoritates in cōtrarium. Humorū noīe solum sanguinem intelligi: cum aliū humores ex cremēta potius q̄ humores sint dicēda: & appellatur sanguis humores ppter sui multitudinē & dispersiōnem per mēbra corporis: sicut multitudinem aquæ aquas dicimus. Si vero velis tenere spiritū ex quatuor humoribus generari. Dic ad auctoritates in contrariū: q̄ sanguis sumitur pro massa sanguinea cōplectēte quatuor humores. Ad rationem negāda est cōsequentia cōplexio em̄ non sequit materiam: sed potius formā: sicut em̄ ex quatuor elemētis pōt generari res teperata: sic ex quatuor humoribus.

¶ Quid aut sit humor. Et eius differētiās: & quo differat humor primus a secūdo: & modum generationis humorū. Vide apud Hippocrate libris de elemētis & de natura fetus. Et apud Aristotelem libro primo de generatione animalium. Et apud Galenū secūdo de elemētis: & secūdo de virtutibus naturalibus: & quarto de iuamentis mēbrorū: & apud principē Auic. prima Fen. primi canonis doctrina quarta. Longior equidē essem / q̄ proposuerim: lectoriq̄ nimis fastidiosus si cūcta sermone complecti velim.

TEXTVS.

Etenim cōparatio spiritus ad humorum subtilitatē est: sicut cōparatio corporis ad ipsos humores. Quēadmodum em̄ ex humoribus membra cōstituitur propter cōmixtionem ipsorum adinuicē producentem ad formam aliquā cōpositionis: qua cōmixtū dispo-

nitur ad recipiendū habitum non conuenientem ei ratione simpliciū. Simili modo cōstituitur spiritus ex subtilitate humorū cōmixtione ipsorū quatuor ad formā cōplexionis: qua spūs preparatur ad receptionem virtutum animę: quas ex simplicibus nō acquirit: principium autem ei⁹ est ex manatione diuina sine auaritia & diminutione: quādo eius dispositio cōpletur perfecte.

Commentaria.



In superiori parte pnceps Auc. notificās materialem causam spirit⁹ dixerat: spiritū generatū ex subtilitate humorū: quē admodū corpus generatur ex grossitie eorū. In hac quarta parte occasione da-

ta cōparat generationem spirit⁹ generationi ipsius corporis. Et diuiditur in tres partes. In quarū prima cōparat generationem generationi quo ad acquisitionē occultę proprietatis: quoniā in vtraq; generatione acquiritur p̄prietas occulta. In secūda cōparat generationem generationi quo ad acquisitionē p̄prie cōplexionis: nam in vtraq; acquiritur p̄pria cōplexio: & est ibi. Quēadmodum em̄ vnū quodq; membrū. In tertia cōparat dictas generationes quoad genitorū tam principalitatem q̄ nō principalitatem: eo q̄ sicut mēbrorū genitorū ex humorum grossitie vnum est certis principalius: sic etiā spiritū genitorum ex subtilitate humorum vnū est principalius alijs & incipit. Et sicut etiā q̄uis mēbra & c. In prima igitur facit quod dictum est dicēs Quod spūs generatio ex subtilitate humorū assimilaf̄ gnationi corporis seu mēbrorū ex humorū grossitie. Eo q̄ sicut in cōmixtione humorū generatur forma membrorum: quā insequitur virtus siue p̄prietas non conueniens ratione miscibilium. Sic in cōmixtione partiū subtiliū humorū generaf̄ forma spūs: quā insequuntur p̄prietates dictę virtutes animę: quas nō acquirit spūs ex simplicibus

cōponentibus. Sed earū euentus est ex manatione diuina ad id iuuante passi dispositione. Vbi quinq; dicit princeps Auc. Primum q̄ tam in cōmixtione grossitie humorum q̄ in cōmixtione subtilitatis eorum peruenitur ad acquisitionē formę substātiālis. Secūdum q̄ generationē tam formę substātiālis mēbrorum q̄ spiritus insequuntur occultę p̄prietates. Tertium q̄ dictę p̄prietates non adueniūt ab extrinseco: sed ex manatione diuina. Quintum q̄ dictę proprietates adueniūt propter dispositionem repertā in passo. Quę omnia per ordinem prosequemur.

Circa primū est aduertēdum: q̄ mixtio est duplex. Quędā improprie dicta: quę fit per iuxta positionē: vt cum miscetur aqua oleo aut ordeū frumento. Altera est proprie dicta: & est duplex. Quę dā per quā peruenitur ad vnā qualitatem. Altera per quā peruenitur ad vnā substātiālem formam: & de vtraq; locutus est Auc. prima Fen. primi doctrina prima capite. 2. vbi inquit. In cuiuscūq; aut rel cōpositione & alteratione quę sic cōponit: ad aliquā peruenitur vnitatem: & hęc vnitās ad quā huiusmodi reuertitur multitudo aut est complexio aut forma: hęc Auc. Inter dictas autem cōmixtiones illa p̄pissime dicitur mixtio: per quā peruenit ad vnā substātiālem formam. De tali cōmixtione intellexit Auc. in littera cū dixit. Ex humoribus mēbra constituntur per cōmixtionē: etiā spiritus constituntur ex subtilitate humorū cōmixtione ipsorū. Ad huiusmodi autē cōmixtionem necessarię sunt nouem conditiones. Prima q̄ miscibilia cōponantur in tertio. s. q̄ efficiat tertium. Hoc em̄ differt generatio amixtione: quoniā generatio fit in alterutrum: mixtio aut in tertium. Secūda cōditio q̄ miscibilia sint corpora: accidēs em̄ non misceat̄ subiecto neq; accidenti. Tertia cōditio q̄ miscibilia sint amixto sequestrabilia: omne em̄ ens ex quibus constat in ea est sequestrabile. Et sic oīa mixta sunt res solubilia in quatuor elemēta cū ex eis constet saltē virtute. Quarta cōditio q̄ miscibilia sint minima quātitate. Hanc conditionē expressit Auc. prima primi doctrina. 3. in definitione cōplexionis vbi inquit: quorū. s. elementorū partes ad tantā paruitatē redactę sunt: vt cuiusq; earū minimum cōtingat minimum alterius. Quinta cōditio est q̄ miscibilia sint homogenea: ex etherogeneis em̄ non fit mixtio.

Tractatus

proprie dicta. Sexta conditio quod miscibilia sint contraria actiua & passiuia in materia communica-
cantia. Septima quod ipsa sint fere equipotentia. Nam vno miscibili aliud nimis superate non fiet mixtio sed potius transitio. Vna enim gutta vini & cadus aque non faciunt mixtionem. Sed transitum indominans. Dixi fere: quia si essent omnino equipotentia: non fieret actio. Octaua conditio quod sint bene terminabilia adinuicem comixta: ut stabilitas mixti saluari possit. Vltima conditio: quod miscibilia, neque sint penitus similia: quia non fieret ex eis actio, neque passio, neque omnino diuisa: ut possint in eodem coire saltem virtute. Hec conditiones eliciuntur: tam ex dictis philosophi secundo de generatione, quam ex dictis Auic. 5. naturalium & 2. metaphisices.

¶ Secundo. Aduertendum quod philosophus secundo de generatione probans omne mixtum generari ex quatuor elementis: intelligendus est immediate aut mediate. Nam in generatione membrorum & spirituum ex elementis est talis ordo. Primo ex comixtione elementorum generatur terre nascetia. Ex terre nascentibus produciuntur cibi. Ex cibis humores. Ex humoribus spiritus humiditates & sperma. Ex humiditatibus & spermate membra. Hanc successionem mixtionum expressit Auic. 1. Fen. primi doctrina quinta diffiniens membra sic. Membra sunt corpora: quae ex prima humorum generantur comixtione: quemadmodum humores sunt corpora quae ex prima ciborum generantur comixtione: sicut cibi sunt generati ex prima comixtione elementorum. Ex his constat primum dictum. Quod tam ex grossitate humorum, quam subtilitatis eorundem comixtione peruenitur ad vnam substantialem formam.

¶ Circa secundum dictum est aduertendum. Quod complures antiquorum philosophorum naturaliter loquentium omnem actionem tanquam immediato, ac instrumentali principio tribuebant qualitatibus manifestis: ut qualitatibus elementorum & complexionibus & alijs ab ipsis causatis: ut odoribus, coloribus, saporibus, & tangibilibus alijs qualitatibus, & motiuis. Non eleuantes ingenium in inuestigationem occultarum nonnullarum causarum: quae sunt principia effectiuum non reducibilem ad dictas manifestas causas. Ex ipsorum numero vnus fuit Aristoteles. Qui problematum sectione prima problemate. 42. censuit medicamenta soluere ventris excessu caliditatis, aut frigiditatis. Et pro-

Primus.

blemate. 41. medicinam prouocare vomitum sua leuitate, & ventre sua grauitate. Et problema. te. 37. censet portulacam soluere stuporem dentium quodam humore lento in ea contento. Et sectione. 35. problemate. 2. censuit titillationem quam incurrimus ex tactu alarum & plantarum pedum procedere ex tenuitate entis. Cum omnium horum causae sint occultae virtutes. Ipsum Aristotelem insequutus est Alexander peripateticus eius commentator: qui fuit tam cupidus fautor distinctae positionis. Quod ausus sit dicere omnem formam educi de potentia materiae propter comixtionem qualitatuum elementorum. Et formas differre inter se ratione graduum mixtionis elementorum. Itaque cum elementa susciperent infimum gradum mixtionis ignobiliores introducerentur formae. Cum autem susciperent supremum mixtionis gradum nobiliores, ac supremam introducerentur formae. Auerois quoque quinto colliget: videtur quodammodo insequi Alexandrum tribuens effectus: quorum causae non sunt manifestae proportioni qualitatuum elementorum. Verumtamen: ut monstrabimus capite ultimo huius tractatus complures sunt mixtorum operationes: quae nequaquam reduci possunt ad manifestas causas: quoniam potius earum immediata principia sunt occultae proprietates, seu virtutes: ut attractio ferri a magnete: attractio colerae a reubarbaro & scamonea, attractio flegmatis a turbit & colochintida. Attractio conuenientis, & disconuenientis expulsio a membris. Quare posteriores Aristoteles: tam philosophi, quam medici complures: censuerunt in mixtis, in formae substantialis productione: cum complexione produci virtutes quasdam distinctas proprietates: distinctarum operationum principia immediata. Quas non dicunt educi de potentia materiae: sed produci ab agente extrinseco. scilicet aut ab astris, aut a colcadea, siue diatrice formarum, aut ab ideis: aut a supremo omnium conditore secundum diuersitatem positionum. Et hoc innuit Auic. in littera cum dicit principium autem eius est ex manatione diuina. Rationes autem persuadentes distinctas virtutes esse ponendas distinctas a causis manifestis. Et quod nam ipsae sint. Adducam in interpretatione ultimi capituli huius primi tractatus. Non nihil etiam dixi in nostris cometariolis in canones Ioannis mesue. Quod ad hunc locum pertinet inquit Auic. Quod in introductione formae membrorum ipsa membra recipiunt virtutes, siue

proprietates: etiā in introductione formæ spiritus, spiritus recipit virtutes. Vbi Auic. cēset virtutes mēbrorum: tam vitales, q̄ naturales, q̄ animales esse occultas qualdā proprietates distinctas a forma substāiali, & a tēperamentis mēbrorum. Idem etiā censet de virtutibus spirituū. Cuius sentētia non est sine ratione. Videmus em̄ cōplures tam in mēbris q̄ in spiritibus operationes non reducibiles ad tēperamēta veluti ad immediatū & instrumentale principū: vt attractio cōueniētis ad mēbrum, & expulsio discōuenientis attractibilis flauæ ad cistim fellis, colerę nigre attractio ad splenē, attractio vrinę ad renes, attractio chill ad epar, sanguinis per venas ad mēbra, motus spiritus ad diuersas differētias positionis, & eodē modo de multis alijs eiusmodi. Et licet omnium illorū anima sit primum & mediatum principium: tñ cum oīs substāialis forma in naturalibus actiōibus indigeat instrumento. Instrumentū autem dictarum actiōnū nequeat esse cōplexio: necessarium erit aliud assignare instrumentum: id autem erit proprietas, siue virtus dicta a nonnullis celestis.

Circa tertiu & quartum est aduertēdum q̄ licet proprietates solum modo sint repertę in mixtis corporibus: nullam tñ habent dependētia inesse, neq; a formis substāialib; ipsorum miscibilitū, neq; a primis qualitatibus elementorū: non em̄ causantur virtute ipsorū: sed depēdent. Ex sentētia platoniorū ab Ideis, Ex hermetis & astrologorū sentētia ab astris, Ex sententia Auic. a colcodea, siue datrice formarū intelligētia, Ex veriori tñ sentētia depēdet a prima veritate mediāte astrorū influxu.

Circa vltimū dictum est aduertendū: q̄ cū proprietates vt dictum est non adueniant nisi mixtis corporibus cōueniunt cum qualitatibus secundis in sequentibus cōplexionem in hoc: q̄ pręrequirūt cōplexionalem pręparationē in mixto: verūtamen secundę qualitates insequentibus cōplexionem introducuntur in mixtis quomodocūq; pręparatis cōplexione. Proprietates aut non introducuntur nisi in mixtis optimę predispositis. Videmus em̄ mobiles proprietates reperiri in mixtis optima cōplexione pręditis: vt in humanis corporibus, in pręciosis lapillis, in metallis: vt auro & argenteo & similib; tēperatis aut a tēperamento parū distantibus. Quare mesue in canonibus vniuersalibus distinctiōne prima in-

quit: solutiuum non quia calidum, non quia frigidū: sed quia celesti virtute dotatum, sic ipsius mixtione regulāte. Et Auic. capi. sequēti inquit quodlibet susceptibile nō est dispositionis cuiuslibet susceptiuū inuēs ad introductionem proprietatū pręrequiri bonā pręparationem mixti. Idem etiā Auic. 2. Fen. primi doctrina. 2. capite. 15. inquit. Sua operans substantia est illud: quod forma suæ spei operatur: quā acquisiuit post cōplexionem: q̄ cū eius simplicia se cōmiscuerunt: & ex eis generata fuit res vna: pręparauit se ad recipiēdum speciem, & formam aditam super illud: quod habent simplicia illius. (Etem cōparatio spiritus ad humorū subtilitatem.) Idest generatio spiritus ex humorum subtilitate cōparatur generationi membrorum ex humoribus. (Ad recipiēdū habitum.) Idest proprietates sicut em̄ habitus inclināt animata ad prōptę & facile operandum: sic proprietas est principium prōptę ac facilis operationis: quare dici potest habitus transumptiue.

TEXTVS.



Quemadmodum vnūquodq; mēbrum: q̄uis ex ipsa substātia humorum constituatur: nihilominus inest ppria cōplexio ratione simplicis proportionis quātitatis humorum illorū: & formæ cōmixtionis ipsorū. Similiter vnicuiq; spiritui: videlicet tam animali, q̄ vitali, q̄ naturali: q̄uis eorū substātia ex subtilitate humorū sit: nihilominus ppria inest complexio ratione proportionis quantitatū subtilitatis humorum, & formæ commixtionis.

Commentaria.



N hac secūda parte pnceps Auic. vt dictū est: cōparat generationē spirituum generatiōi mēbrorum quo ad acquisitionē diuersarum cōplexionum: dicēs: q̄ quēadmodum vnūquodq; mēbrum acquirit ppriam cōplexionem a cōplexione alterius distinctā

resultantem ex quantitate & modo mixtionis miscibilium: licet oia constent ex quatuor humoribus. Eodem etiam modo quilibet spiritus acquirit sibi propriam complexionem resultantem ex proportione quantitatum & forme mixtionis miscibilium: licet oes spiritus constent ex eadem substantia, scilicet subtilitate humorum.

¶ Pro cuius littere euidentiori intellectu. Aliqua sunt percurranda circa complexionem, & circa causas diuersitatis complexionis tam membrorum quam spirituum. Complexionem diffiniuit Galenus libro primo de iuuamentis membrorum capite. 2. complexio est substantia corporis & natura eius: & eodem loco. Complexio est operatrix substantiae cuiuslibet membrorum. Meretur enim ipsa complexio appellari substantia, ac natura improprie: pro quanto est immediatum, ac instrumentale operationum principium. Autem autem duodecimo libro animalium diffiniuit complexionem. Complexio est res accidens ex qualitate contrariarum operatione in particulis minimis diuidentibus & alterantibus eas adinuicem. Et idem prima Fen. primi doctrina tertia. Complexio est qualitas: quae puenit ex actione adinuicem, & passione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum quorum partes ad tantam prauitatem redactae sunt: ut cuiusque earum minimum contingat minimum alterius. Complexionem maior pars medicorum censeat unam tantum esse qualitatem. Nonnulli ex quorum numero est gentilis censent esse duas: unam resultantem ex actione qualitatum actiuarum: alteram resultantem ex actione passiuarum. Dinus asserit esse tres unam resultantem ex actione qualitatum actiuarum. Alia ex actione passiuarum. Aliam ex actione actiuarum supra passiuas. Alij autem censent complexionem esse aggregatum ex quatuor primis qualitatibus in elementis repertis. Hic autem non est locus inquisitionis: quae dictarum positionum sit rationabilior. Verum medicorum dicta: ut Galeni pauli Alexandri & ceterorum sonare videntur complexionem esse unam qualitatem continentem in virtute quatuor primas qualitates elementorum.

¶ Complexio variari potest propter unum trius. scilicet. Aut ex parte subiecti, aut ex parte causae, aut ex parte ordinis. Subiectum quidem complexionis sunt miscibilia. Ad quorum varietatem variatur complexio. Miscibilia quidem mixtionem intrantia sunt in triplici differentia. Quaedam enim sunt equalia. Quaedam inequalia, quae

dam media. Equalia sunt in duplii differentia. Quaedam equalia in pondere, & ea efficiunt equale ad pondus. Quaedam vero sunt equalia per relationem ad operationes: & haec efficiunt equale ad iustitiam. Complexio quidem equalis ad iustitiam dicitur cum tanta fuerit quantitas tam elementorum, quam qualitatum eorum: quanta sufficit suscipienti ad eius actiones perficiendas. Et haec diuiditur in octo species: secundum quod comparatio fit, aut ad totam speciem, aut ad partes speciei, aut ad individuum, aut ad partem individui. Et quaelibet earum subdividitur in duas species: secundum quod comparatio fit, aut ad extra, aut ad intra. Et sic resultat octo species, aut modi: de quibus Aulo, prima Fen. primi doctrina tertia prolongum facit sermonem. Si autem miscibilia sunt inequalia omnino. Ita quod sit duarum qualitatum excessus: tunc euadit distemperata complexio composita: quae est quadruplex. scilicet calida & sicca. Calida & humida, frigida & sicca: frigida & humida. Nam cum sex possint imaginari duarum qualitatum combinationes: quatuor diste sunt possibiles. Duae vero sunt impossibiles. scilicet calida & frigida, humida & sicca. Si autem miscibilia medio modo se habent. scilicet quod nec sunt omnino equalia, nec inequalia: sed inter duo sit equalitas: inter alia duo inequalitas: tunc consurgit una quatuor complexionum simplicium distemperatarum. scilicet. Aut calida tantum, aut frigida tantum, aut humida tantum, aut sicca tantum. Secundo variatur complexio ex parte causae efficientis. Triplex autem est causa complexionem efficiens. scilicet. Natura, Ars, Et casus siue fortuna.

¶ Complexio autem proueniens a natura. Quaedam est innata: quaedam influens: quaedam media: hoc est innata actuata per influentem. Innata est duplex. Quaedam fixa: quaedam fluens variata per aetates. Et est aut calida & humida: ut pueritiae, aut calida & sicca: ut iuuentutis, aut frigida & sicca: ut senectutis. Fixa complexio est duplex. Quaedam radicalis & principalis. Quae procedit a principijs constituentibus corpus nostrum. scilicet. ab spermate & menstruo. Alia est fixa secundaria causata a priori radicali: & ipsa est complexio sexus. Nam per virtutem caliditatis innate fundatur in primis principijs datur forma masculinitatis, aut femineitatis. Complexio influens est: quae acquiritur per debitam administrationem sex rerum non naturalium. Et dicitur influens: quoniam influatur a principalibus membris. scilicet. corde, epate, aut cerebro. Innata

Capitulum

actuata per influentē reperitur maxime in alijs
mēbris a principalib⁹: vt in musculis: nam in
eis est cōplexio acquisita ex principijs gene-
rationis & similiter quæ influunt a principalibus.
¶ Cōplexio proueniēs a casu est: vt si
quis casu cadat in ignem/aut aquā/ aut bibat
venenū: propter quæ mutetur eius cōplexio.
¶ Cōplexio proueniēs ab arte est: vt cōplexio
tyriacæ: quā acquisiuit ex permixtione fa-
cta per artē. Tertio variatur cōplexio ratione
ordinis. Et sic duplex est cōplexio: quæ dā pri-
ma: vt aquositas lactis quæ est frigida & hu-
mida. Et butirositas quæ est calida & humi-
da/ & caseitatis quæ est frigida & sicca. Alia
est secūda: quæ resultat ex primis cōplexio-
nibus. Vt cōplexio lactis quæ est tēperata de-
clinans parū ad frigidū & humidū constans
ex cōplexionibus illarū diuersarum partium.
Talis etiā est cōplexio mēbrorum organico-
rum resultās ex cōplexionibus mēbrorū sim-
pliciu cōstituentiu ea. Et cōplexio tyriacæ re-
sultat ex cōplexionibus simpliciu intratiū eā.
¶ Causa aut diuersitatis cōplexionis mēbro-
rum est præsertim quātitas varia elementorū:
ex quibus corpus nostrum cōstat. i. quatuor
humorū. Membra em̄ quorū cōstitutionem
maior quātitas elementorū calidorum intrat
calidiora sunt. Quorū vero cōstitutionē in-
greditur maior quātitas frigidorū elemētorū
frigidiora sunt: eodē modo censendū de hu-
midis & siccis. Verū tñ causa mouens maiorē
quātitatē calidorū q̄ frigidorū ad vnus mē-
brum mixtionē: & ad alterius mixtionē maiorē
quātitatē frigidorū q̄ calidorū est astrorum
influxus cuius mēbro dominās. Et cū in mo-
uentibus & motis non sit p̄cessus in infinitū:
tandē deueniēdum est ad eū. Qui immobilis
manens dat cuncta moueri. Quare Auic. pri-
ma Fen. primi doctrina. 3. capite. 2. inquit: di-
co q̄ deus cuiuscūq̄ aīali & cuiuscūq̄ mēbro do-
nauit ex cōplexione quod magis meretur: &
quod eius actionibus & dispositionibus s̄m
possibilitatē melius existit. Quod dictum est
de cōplexionibus mēbrorum: intelligendum
est de cōplexionibus spirituum.

TEXTVS.

Sicut etiam quibus mēbra gene-
ralia: quibus plura sint numero:
vnū tñ est in generatiōe primū:

Primum. fol. xij.

quodcūq̄ sit illud s̄m diuersitatem opi-
nionū: cuius generationē sequit̄ gene-
ratio ceterorū mēbrorū. Similiter spūs
generabiles plures sunt numero: & ni-
hilominus vnus ipsorum generatione
primus est. Qui s̄m sententiā potiorē
Philosophorum generatur in corde, &
exinde procedēdo manat: & penetrat
in cetera principalia mēbra: in quibus
cum sufficienter permanserit: adipiscit̄
ibi cōplexionem particularem & p̄-
priam. Itaq̄ in cerebro cōplexionē ac-
quirat: qua disponitur ad receptionem
sensus & motus. In epate vero cōple-
xionem susceptiuā virtutum nutritio-
nis & augmēti. In testiculis aut̄ acqui-
rit cōplexionem qua preparatur ad re-
ceptionē generationis. Et existit tñ ha-
rum omnium virtutum principiu s̄m di-
ctum philosophorū in corde. Quē ad-
modum apud eos: qui diuersificatur a
sententiā eorū: principiu virtutis visus
auditiuæ & gustatiuæ est in cerebro.
Sed nihilominus s̄m eos spūs disponi-
tur ad recipiendū has virtutes particu-
lares in membris alijs. Ita q̄ visua me-
diante cōplexione cristallina humidi-
tatis: quā spiritus cōplexioni cōiungi-
tur. Auditua vero mediante cōplexio-
ne obthici nerui. Gustatiua v̄o mediā-
te cōplexione humiditatis: quā sub ra-
dice linguae generat spōgiosa caro.

Commentaria.

In hac tertia parte princeps Auic.
cōparat: vt dictū est: generationē
spiritus generationi membrorum
quo ad principalitatē & non prin-
cipalitatē tam in generando q̄
postq̄ genita sunt in influendo. Et ostendit:
quid philosophi & quid medici sentiāt de ea-
re. Et consequenter adducit positiones quas-
dam repugnātes tam philosophis q̄ medicis
recte opinātibus. Inquit igitur primo q̄ quē-



Tractatus

admodum in membrorum principalium generatione: quibus ipsa sint plura: vnum in primo generatur quodcumque sit illud: (nam de ea resunt diuersae positiones:), sic in generatione spirituum: quibus ipsi sint plures: in vno primo generatur: qui ut ceteris Philosophi generatur in corde: & inde procedit ad cetera principalia membra: & in eis acquirit particularem complexione. s. in cerebro complexione disponente ad receptionem virtutis sensitivae & motivae. In epate complexione disponente ad receptionem virtutis nutritivae & augmentativae. In testiculis complexione disponente ad receptionem virtutis generativae.

¶ Vbi plura dicit. Primum quod plura sunt membra generalia siue principalia. Secundum quod vnum illorum primo generatur: quod autem illud sit plures sunt positiones, ac variae. Tertium quod spiritus etiam generabiles sunt plures numero. Quartum quod vnum eorum primo generatur: cuius generatio secundum sententiam philosophorum est in corde. Pro primi dicti notificatione oportet precium est videre membrorum differentias. Membra diuersimode consueverunt nuncupari: ab Aristotele enim partes appellatur. A Galeno loci aut partulae, aut membra, & diffiniuntur ab Avicenna prima Fen. primi doctrina quinta. Membra sunt corpora quae ex prima humorum generantur commixtione &c. Petrus de ebano diffiniuit sic. Membrum est pars animalis inspissata ex humiditatibus genita naturae veribus insinuta. Verumtamen tam pars ab Aristotele quam membrum a medicis sepe sumitur improprie pro regenta in corpore nostro: quae nulla videtur dotata est: sanguinem enim & ex cremata & pilos & ungues sepe partes corporis appellat Aristoteles: etiam medici pilos & ungues membra appellant.

¶ Membrorum differentiae sunt haec. Membrorum quaedam sunt simplicia. Quaedam composita. Simplicia quae etiam dici solent consimilia, similia. Homogenea, prima: incomposita, & omnia mera sunt: quorum quolibet pars sensata convenit toti nomine, ac ratione: ut refert Avicenna prima Fen. primi. Aristoteles vero primo de natura animalium. Partes incompositae sunt: quae in similes sibi partes dividuntur: haec sunt ut caro ossa Nervus cartilago venae arteriae ligamentum pennisculus. Membra composita: quae etiam dici solent Organica, officinalia, instrumentalia, heterogenea, commixta dissimiliaria: sunt quorum

Primus.

quacumque acceperis partem: in nomine & diffinitione toti communicans non erit. Et ut refert philosophus loco allegato. Partes compositae sunt. Quae aptae secari in partes dissimiles sunt non in similes: ut manus & facies. Et ut refert philosophus haec proprie membra appellari merentur. Membrorum praeterea quaedam sunt principalia. Quaedam vero orta a principalibus. Quaedam habentia virtutem innatam tantum. Quaedam habentia virtutem innatam & influentem. Principalia sunt principia primarum virtutum necessariarum, aut individui conservationem, aut ad speciem durationem: & sunt quatuor Cor Cerebrum epate testiculi. Orta a principalibus sunt ut arteriae nervi & venae. Habentia virtutem innatam tantum sunt secundum sententiam Galeni. Os cartilago ligamentum caro simplex pinguedo. Habentia virtutem innatam & influentem sunt muscoli nervi, & glandulae. Orta autem a principalibus dicuntur servientia principalibus: & eorum quaedam servunt servitute delatoria: ut arteriae cordi. Nuca & nervus cerebro. Venae epate. Virga testiculis. Quaedam vero servunt servitute preparatoria. Ut stomachus epate: vasa spermatica testiculis. Praedicta divisio est Galeni. 2. tegni inquietis: nobis dividendum partes. Quatuor autem sunt earum differentiae omnes. Quaedam enim earum sunt principales. Quaedam vero ab illis exorta sunt. Quaedam vero neque dominantur, neque aliae earum innatas habentes virtutes regentes eas. Quaedam vero & innatas habent simul & influentes. Princeps vero Avicenna prima Fen. primi doctrina quinta alijs verbis membrorum differentias expressit. Membrorum quoddam est tribuens & suscipiens. Quoddam tribuens & non suscipiens. Quoddam suscipiens & non tribuens. Quoddam neque suscipiens neque tribuens. Quid per unum quodque dictorum membrorum sit intelligendum: vide loco allegato. ¶ Membrorum praeterea quaedam sunt: quae faciunt operationem tantum. Quaedam quae faciunt iuvamentum tantum. Quaedam quae faciunt iuvamentum & operationem. Per operationem intelligitur effectus necessarius aut ad esse individui, aut ad durationem speciei. Exemplum primi est cor: qui efficit spiritum vitalem necessarium ad vitam. Exemplum secundi est pulmo: quia aerem preparat ad cordis euationem. Et stomachus: qui cibum preparat pro secunda digestionem. Et vasa spermatica: quae secundum sententiam medicorum

Capitulum

præparant spermatis generationi materiam. Exemplum tertij est epar: quod efficit spiritum naturalem necessariū ad esse indiuidui: & cōplet digestionem secundam: quæ est iuuatiua ad tertiam digestionem. Membrorū tandem quædam sunt spermatica: quædā sanguinea. Spermatica sunt alia a carne adipe & pinguedine: hæc enim sunt sanguinea. Hæc diuisio est medicorum ponentium duo spermata & effectiue & materialiter ingredi generationē foetus. Aristoteles omnia membra sanguinea existimat. Nam censet solum sperma viri effectiue tantum cōcurrere ad generationem: vt alio loco monstrabitur. Visis membrorū differentijs. Inquirendum est, Vtrum plura sint membra principalia: an tantum vnum. Quod tantum vnum persuadetur. Primo: vna forma vno tantum indiget organo præcipuo suarum operationum manifestariuo. Sed in corpore nostro vna tantum est anima: igitur & vnum tantum est præcipuum organum. Secundo: sicut in maiori mundo vnum tantum est omnium principium: sic in minori mundo: scilicet homine vnum tantum erit membrum omnium virtutum principium. Nam asserente philosopho octauo physicorum minor mundus maioris est typus: igitur vnum tantum est membrum principale. Tertio omnium membrorum corporis vnū primo gignitur igitur vnum tantum est aliorum primū. Antecedens patet auctoritate Aristotelis tertio de partibus animalium capite quarto dicentis. Cor enim statim omnium partium primo consistens est. Quarto vnum tantum est membrum nullum vitium patiens: igitur vnū tantum est principale: consequētia probatur quoniam quod aliquod membrum nullum possit pati vitium non aliunde est nisi quā ipsum potest alijs succurrere: alia vero non possunt ei succurrere: ideo natura prohibet ne vitium patiat: & a quouis etiam paruo vitio in dicto membro existente homo moritur. Antecedens autem patet auctoritate Aristotelis loco allegato dicentis. Cor solum viscerum, atque omnium partium corporis nullū vitium patitur graue. Et subdit causam: idque recta ratione. Cum enim principium corrumpitur: nihil est quod ceteris: quæ inde pendeant: præbere auxilium possit.

In oppositum est Galenus & omnia scola medicorum. Secundo enim tegni & libro de vir-

Primum. fol. xiiij.

tutibus corpus nostrum dispensantibus & pluribus alijs locis asserit esse quatuor membra principalia. Et omnes alijs cum eo conueniunt. Et rationibus idem persuadet. Primo. Ad numerum principalium virtutum in corpore repertarum: oportet etiam multiplicari membra principalia. Sed quatuor sunt in corpore nostro principales virtutes: igitur & quatuor erunt principalia membra. Secundo. Ad multiplicationem principalium operationum oportet etiam multiplicari principia. Sed quatuor sunt genera operationum principalium: scilicet vitales, animales, naturales, & gignitiuæ: igitur etiam quatuor erunt principalia membra. Ad hanc ambiguitatē est triplex respondendi modus. Primus Aristotelis: qui tenuit vnum tantum esse membrum principale: scilicet cor: libro enim tertio de partibus capite. 3. ait. Cor enim in parte priori, atque in medio corporis situm est. In quo principium vitæ omniscis motus & sensus esse censemus vbi aperte sentit Aristoteles virtutum: tam vitalis, quam animalis principium esse in corde. Eodem etiam libro capite. 4. censet virtutem naturalem sitā in corde. Nam inquit: cor autem venarū principium: ex hoc enim venæ & per hoc esse videtur & eodem loco. Cor enim origo prima & fons sanguinis est, aut cōceptaculum primum. Quod autem vnum tantum sit membrum principale: persuadere nititur Aristoteles pluribus rationibus. Prima vbi cunq; fieri potest: vnum constituendum est principium, & non plura. Nam vt habetur secundo & decimo metaphisices: in vnoquoque genere vnum est dandum principium: quod aliorum omnium sit causa: hanc persuasionem affert tertio libro de partibus capite quarto: vbi inquit. Vbi cunq; enim fieri potest vnum esse, quam plura: melius est, & eadem loco: principium enim vnum esse oportet: vbi cunq; fieri potest. Secunda persuasio est quæ superioris est adducta: scilicet quod vna anima vno tantum præcipuo indiget instrumento. Hanc adducit Aristoteles capite. 5. libri. 3. de partibus: vbi inquit. Vt principium vnum & ab vno esse melius sit: quod animā sentientē vnā actu habent oia: hinc enim pars etiam: quæ eam animā primo cōtineat: vna est in potentia, tū actu in his: quæ sanguinē habet. Tertia persuasio vnū tantum est membrum medium totius corporis obtinens: igitur vnum tantum est principium: consequētia

Tractatus

ta patet eo q̄ medium potest omnia attingere proxime & in omnia melius ex proximo influere. Hec etiam persuasio est Aristotelis loco allegato: & libro de morte & vita. Quarta quæ etiam supra est adducta. Vnum t̄m est mēbrum quod nullum patitur vitium graue. Quinta persuasio etiā supra adducta est. Omnium mēbrorum corporis vnū primo gignitur: igitur &c. Quod aut̄ id principale sit cor: persuadet etiā Aristoteles pluribus rationibus. Prima sumit̄ ex parte loci. Nam cor vt dictū est mediū obtinet corporis: vt possit vniformiter influere in omnia: & oīa attingere proxime. Quare Aristoteles inquit situs eius sedem obtinet principale: in medio em̄ positū est. Natura em̄ rem nobiliorē cōstituere in locis nobilioribus solet. Secūda vt dictū est omne id mēbrum censendū est omnium primum quod primo gignit̄: sed cor primo gignitur & primo vult: igitur ipsum est primū. Quare Aristoteles loco allegato inquit. Cor em̄ statim oīm partū est primū cōsistens. Et paulo infra. Nec rōne t̄m ita esse probat̄: verū t̄m sensu percipit̄. Nam in partū prima generatione statim cor palpitare cernitur quasi animal sit vt quod principū sit naturæ eorū: quæ sanguinem habet. Tertia persuasio omne id mēbrum est oīm primum quod est principium: omnium trium virtutum necessarium ad permanentiam indiuidui. Sed cor est h̄mōi igitur ipsum est primū: minor probat̄. Nam ipsum est principū virtutis vitalis: nam est primo viuēs & influit oībus alijs vitā. Est etiam principium virtutis naturalis vt pbat̄ philosoph⁹. Ipsum em̄ est venarum & sanguinis principium igitur & virtutis nutritiue. cōsequētia est bona antecedēs. pbat̄ philosophus plurib⁹ rōnib⁹. Prima quia natura ei⁹ est venosa secūda quia cū p̄ cetera viscera venę pertrāseant nulla per cor tendit: incōueniens em̄ videtur q̄ per venarum principium venę pertrāseant. Tertia mediū cordis spissum, atq̄ cōcauū est & plenum sanguine: tanq̄ sanguinis, & venarum principium. Quarta in solo corde sanguis, sine venis continetur: in alijs autem membris continetur intra venas: igitur ipsum cor est venarum & sanguinis principium: antecedēs patet consequētia probatur eo q̄ cum venę sint sanguinis canales si penetrent in membrum aliquod indicant sanguinem mitti ad ipsum ab alio membro quod canalibus non

Primus.

indiget: vt sanguinem generet. Epar aut̄ non esse venarum, neq̄ sanguinis principū constat qm̄ venis penetratur & nullum obtinet sanguinis conceptaculum: vt cor sed continet sanguinem in venis: vt alia membra. Cerebrū etiā non esse sanguinis, neq̄ venarum principium: hinc maxime constat quomā frigidum natura est. Cor etiam est principū virtutis animalis: scz sensitivæ & motivæ quod persuadet a philosopho. Et primo q̄ sit principium sensitivæ virtutis sic: animal sensu definitur. (Nam est substantia animata sensibilis.) Vis autem sentiendi primo illi tribuitur quod primo sanguine præditum est: tale autem est cor: quippe quod origo sanguinis sit & primum sanguinem habeat. Vbi philosophus talem subintelligit rationē. Sensus essentialiter & intrinsece competit animali cum sit de eius diffinitione: igitur primo convenit ei membro quod est primum in generatione & primo viuens & a quo omnia alia membra trahunt materiam sui esse & cōservationis: tale autem est cor. Ipsum enim est veluti alterū animal in ijs quæ corde vitalem originē continent eodem Philosopho referente vbi supra: igitur cor est sensus principium. Quod sit motus principium etiā persuadetur: quoniam ipsum est neruorum origo: vt constat copia neruorum in eo existentium: etiam motus diastolis & systolis ab eo procedūt. Etiam ipsum est primo motū. Et ideo natura ipsum solidum formavit: vt valeret ad motus. Quare relinquatur probatum cor esse trium virtutum vitalis, naturalis, & animalis principū: quare minor tertiæ persuasionis est vera: igitur relinquatur probatum: q̄ cor est omnium membrorum primum, ac solum principale.

¶ Secūdus respōdendi modus est Galeni & aliorum medicorum ponētium quatuor mēbra principalia. Tria necessaria ad esse indiuidui trium virtutum principia: scilicet vitalis, naturalis, & animalis: quæ proprie principalia dici merentur. Quartum necessarium ad speciei durationem principium virtutis nutritivæ: scilicet testes. Galenus em̄ existimavit cū Platone: vt ipse refert libro de substantia virtutum animalium capite. 3. & libro. 9. de arte curatiua & pluribus alijs in locis. In humano corpore triplicem esse animam: scilicet vegetatiuam, nutritiuam, & sensitiuam simul, & motiuā: & q̄ vnaqueq̄ earū ppriā obtinere

Capitulum

sedem: & inde in alia membra influeret mediante spiritu. Cordi animam inesse vegetatiuam. Iecori nutritiuam. Cerebro sensitiuam, & motiuam. Testes autem Galenus ait esse membrum principale non ea principaliter qua alia tria: quia continent formam distinctam: sed quia continet spiritum triplici virtute dotatum. scilicet vitali, naturali, & animalium. Quare libro de virtutibus corpus nostrum dispensantibus inquit. Scire igitur oportet, ipsas virtutes ex tribus provenire particulis. Ex capite equidem qua ratiocinamur, & memoramur, & sentimus, & de loco ad locum permutamur. Ex corde vero eam: qua irascimur, & per calidi sumus, & adhuc pulsum habemus in ipso corde, & in omnibus arteriis. Ex epate eam secundum quam nutrimur, & augemur, & cibum appetimus, & assumptum elaboramus. Libro etiam nono de arte curatiua inquit. Gubernat eum animal: ut in libro de Hippocratis, & Platonis dogmatis est monstratum: tres diuersi inter se generis facultates: toti corpori ex suo quodam veluti fonte quaeque distributa. Eas Plato animas vocat propriam cuiusque substantiam inueniens. Est enim quaedam ad nutriendum animal necessaria, ac spiritibus communis. Quae sicut veluti pro fonte habet canales vero ab hoc in totum corpus sparsos, ipsas venas. Hanc seu apetricem, seu naturalem, seu altricem voces: nihil interest. Veluti nec si animam aut facultatem appelles. Altera est: quae non modo ut spiritibus, aut vita perditis. Sed etiam ut ailibus nobis est insita: haec sedem in corde habet. Ipso quoque insiti caloris quodam ceu fonte: ad fonte carnales arteriae sunt. Vocatur haec multis sane nominibus. Nam & facultas, siue virtus vitalis: & facultas, siue virtus animalis, & anima animalis dicitur. Tertia ratiocinatrix in cerebro domicilium habet: ea voluntariis actionibus: utitur & haec particulis quibusdam ceu carnalibus, nempe ipsis nervis. Et subdit siquidem monstratum est qualibet earum amissa, necesse esse reliquas quoque una perire: haec Galenus. Ex quibus aperte constat: ipsum tria posuisse principia eque praecipua. Quartum vero, scilicet testiculi non propriae est principium cum ab illis dependeat. Verum tamen ideo principale dicitur: quia continet spiritum generatiuum qui generationis est principium.

Haec positio nonnullis stabilitur rationibus. Prima secundum numerum perfectionum repertarum in corpore humano oportet numerare perfe-

Primum. fol. xiiij.

ctibilia. Sed quatuor sunt perfectiones primae igitur & quatuor principia. Secunda ut inquit philosophus. 8. metaphisices: sicut transmutatio facit scire materiam sic actio formam. Sed quatuor percipimus manifeste distinctas operationes: igitur & quatuor erunt earum principia. Tertia ratio summitur ex sensu. Experimur enim quod leso cerebro: leduntur animalis virtutis actiones: leso vero corde leduntur actiones vitalis virtutis: leso vero epate leduntur operationes naturales. Medicamentis vero cuius eorum appositis, distinctae operationes restituantur in integritatem: igitur arguendum est: unumquodque dictorum membrorum esse principium dictarum operationum. Quare Galenus libro de virtutibus corpus nostrum dispensantibus inquit: sequitur necessario dissipetias, & manias, & melancolias, & catarros, & apoplexias, & epilepsias primi principii: scilicet cerebri esse egritudines. Et omnino in eis pati vel primum & solum, vel copatiens alteri particulae. Febres vero alias & empyricas, & pulsatilitates, & infrigidationes, & rigores, & sinopes, & marasmos, & quaeque alia talia alterius principii esse passiones: & pati in eis ipsum, vel copatiens alicui alteri, & maxime ortorum ab eo, vel solo ipso secundum se male habente. Atrophias autem & cacetias, & cachochinnas, & discolorationes, & ischeros, & diarrhas, & vrinarum immoderatas excretiones, & elephantias, & caecros, & vniuersas hydropeses. Tertio principio fieri patiente, vel aliquo ortorum ab eo. Haec Galenus.

Tertius respondendi modus est Auis. & nonnullorum iuniorum medius inter Aristotelis, & Galeni sententias magis tamen adhaerens sententiae Aristotelis, quam Galeni. Qui censet omnium virtutum in corpore humano repertarum unum tantum esse primum principium: scilicet cor. Non tamen omnes virtutes in ipso manifestari. Sed praeter cor esse alia tria membra: scilicet cerebrum epate, & testiculos: quae etiam principalia appellari merentur: non quod sint virtutum primae sedes, ac prima principia. Sed sunt instrumenta earum manifestatiua. Quare Auis. sexto libro naturalium parte quinta capite. 12. contra eos qui ponunt pluralitatem membrorum principalium eo modo quo Galenus, siue ponant animalium pluralitatem, siue non: inquit. Dicemus quod multum praesumpserunt quidam

Tractatus

de mēbris: ex quibus pendent principales virtutes animæ presumptione duplicis perficiæ sequentes arrogantiam malorum auctorum. Et subdit. Ille autem potius errauit: qui posuit animam vnā essentiam: & per hoc iudicauit mēbra principalia esse multa. Cum enim discessit a philosophis tenentibus multitudinem partium animæ: & consensit tenentibus eam esse vnā: ne sciuit: quod ex hoc sequitur ponere vnum membrum: ex quo principaliter pendeat. Qui autem multiplicauerunt partes animæ: non curauerunt ponere vnicuique parti eius locum propriū & sedem per se: & subdit: si anima est vna: oportet esse membrum vnum: propter quod principaliter pendeat ex corpore, & ex quo regat corpus, & augmentet, & hoc fiat mediante spiritu: & vt prima actio, quam facit anima: sit primum membrum: quo mediante diffunduntur eius virtutes in alia membra: & vt ipsum membrum sit generatum ante omnia membra, & sit primus locus vbi generatur spiritus, hoc autem est cor. Et paulo infra. Possunt autem virtutes aliarum actionum emanare a corde ad reliqua membra: emanatio autem prius debet emanare ab eo: a quo principaliter pēdet. Idē etiā prima Fen. primi canonis doctrina quinta inquit. Philosophorum nāq; magnus dixit: quod membrum tribuens & non suscipiens est cor: ipsum est omnium virtutum prima radix, & omnibus alijs mēbris suas tribuit virtutes: quibus nutriuntur & viuūt, & quibus comprehendunt & mouent. Medici autem & quidam primorū philosophorū has virtutes in membris partiti sunt, & non dixerunt quod sit membrum tribuens & non suscipiens. Et philosophi quidem sermo: cum subtiliter certificatur: est veratior. Sed medicorum sermo in primis: cū attenditur: est magis manifestus. Idem etiā sentit in littera. Et hunc insequendo modum dicendi: principalia membra posita sunt quatuor: non quod sint quatuor principia: sed vnū tm̄: verūtamen in quatuor mēbris manifestantur primo virtutes corporis quorū vnū est eorum oīm principium virtutis vitalis organum. s. cor. Alia autē tria sunt tantum virtutum aliarum organa seu instrumenta manifestatiua. Pro hac positione faciunt rationes philosophi. Rationes etiā adducte ppositione Galeni nō cōtraeunt huius positioni. Hec autē positio: si quis bene aduer-

Primus.

tat: est sententiæ Aristotelicæ interpretatio. ¶ Circa secundum dictum quo dicit Auic. quod vnum mēbrum est generatiōe primū: quod cūq; sit illud: fm̄ diuersitate opinionū: est aduertendū. Quod variæ fuere sententiæ antiquorum de prioritate, ac posterioritate generationis membrorum. Democritus enim tenuit. Exteriora animalis prius. Interiora vero posterius generari. Cuius sententiam retrastans Aristoteles secūdo de generatione animalū ait. Qui ita vt Democritus alunt exteriora primum animalis discernit: tum interiora: quasi lapideum, aut ligneum animal condant nō recte dicūt: res enim talis nullū principium habet. Hippocrates vero: velut sibi tribuitur: tenuit: cerebrū primo generari: & dicitur quod induceretur hac tm̄ ratione. Quod in animalium foetibus oculi statim magni visuntur vt patet in ouorū pullis quātūcūq; parum cubatis. In cuius sententiæ contrarium princeps Auic. 3. canonis Fen. 21. capite. 1. inquit. Veritas quidē est quod primū mēbrū quod creat est cor: quod de Hippocrate dicitur quod dixit: quod primū quod generatur est cerebrū, & oculi: fm̄ quod testificatur illud dispositio pullorū oui. Et satisfaciens rationi Hippocratis subdit. Cor vero nō est imprimis cum creatur, in omni re apparatus manifestum. Quasi dicat: licet oculi primo appareāt: nō inde sequit: quod ipsi, ac cerebrū primo generent. Nam si cor esset in locis ita manifesto sicut oculi: citius appareret eis. Etiā oculi statim cū geniti sunt magni visuntur. Cuius causam assignat Aristoteles secūdo de generatione animalū capite. 4. Quoniam oculus frigida & humida sit naturæ: velut cerebrum: quæ duo in prima formatione magnitudinem suscipiunt propter suā superfluam frigiditatem, & humiditatem. Postea vero successu tēporis perficiuntur, & cōglobantur, ac minora redduntur. Inquit enim Aristoteles. Nec alia pars humida & frigida est in capite p̄ter cerebrū, & oculū frigidū, & humidus est. Itaq; necessario locus hic magnitudinem primum capit: post confidit. Nam in cerebro eodem euenit modo: vt primum p̄ humidū multūq; sit: mox humore efflato concoctūq; corporatur magis subsidetq; & cerebrum, & magnitudo oculorū: principio igitur caput p̄ grande propter cerebrum: oculi grandes propter humorem in ipsis contentum apparent: vltimi vero perficiunt: hæc Aristoteles.

¶ Nonnulli autem existimauerunt inter omnia membra primo generari epar. Quorum ratio est: quoniam id membrum oportet primo generetur: quod est sanguinis, nutrimentique principium. Primum enim membrorum debet exhibere materiam generationi aliorum. Sed epar est homini: igitur ipsum primo generatur. Hanc positionem potius quam precedentem insecutum fuisse Hippocratem existimat Auic. loco allegato: ubi inquit. Et sequuntur capitula: in quibus dixit Hippocrates: quod rectius est: ut sit primum: quod creatur: epar: quoniam prima operatio corporis est nutrimentum. Hanc tamen rationem cassat Auic. loco allegato his verbis. Sciat quod non nutritur membrum animalis: in quo non est substantia vitæ cum calore naturali. Ac si dicat hæc ratio est nullus valoris. s. quod ideo epar est primogenitum: quia est principium nutrimenti: quoniam nullum membrum nutritur: quousque totum animal sit formatum & viuat: igitur siue prius, siue posterius generetur epar: non refert: cum utroque modo possit esse principium nutrimenti. Aut aliter his verbis non nutritur membrum animalis &c. Intellegit Auic. quod id membrum oportet prius generetur: a quo dependet vita & calor naturalis: nam vita & calor naturalis prærequiruntur in membro, antequam nutriri possit: id igitur membrum prius generabitur: a quo dependet vita & calor naturalis: id autem est cor.

¶ Aristoteles vero censuit. Inter omnia corporis membra. Cor primo generari. Quare capite. 4. libri tertij de partibus animalium inquit. Cor enim statim omnium partium est primum consistens: & secundo de generatione animalium capite quarto. Cor primum actu secernitur. Et probat id non solum sensu sed & ratione. Sensu quoniam cor primum distinctum in omnibus inspicitur animalibus. Ratione sic probat. Cum enim quod gignitur de ambobus: abunsum iam est: seipsum gerere, gubernare, & dispensare debet: perinde quasi filius a patre emancipatus seorsumque collocatus. Itaque principium haberi oportet: a quo etiam post ordo membrorum describatur & quecumque ad absoluendum animal pertinet disponatur. Et subdit cum pars queuis distinguitur: ex quo & incrementum & motus ceteris partibus attingat. Hæc Aristoteles. Cuiusquidem rationis sensus est. Cum fetus iam genitus ex mare velut agere & foemina patiente & præbente materia sit semotus a

suo actiuo principio: necessarium est: ut in se habeat aliquod principium: a quo ordo descriptionis membrorum dependeat, & eorum etiam gubernatio: id autem oportet quod sit aliquod membrum genitum prius alijs: igitur unum erit membrum omnium generatione primum. s. illud quod est aliorum principium: id autem esse cor iam probatum est supra ex Aristotelis sententia. Igitur intentum.

¶ Circa tertium dictum. s. quod spiritus generabiles sunt plures numero: est aduertendum. Quod spirituum differentiarum totidem sunt: quot & virtutum. Nam cum spiritus sint virtutum subiectum: referente Auic. prima Fen. primi doctrina prima capite. 2. multiplicatis virtutibus multiplicabitur & spiritus. Spirituum igitur quadruplex est differentia. Quidam enim sunt vitales: quorum generatio est in sinistro ventriculo cordis: a quo ferunt virtutem vitalem in alia membra per arterias. Alij sunt animales: quorum generatio est in cerebro, differentes virtutem sensus & motus in membra sensitiva & motiva. Alij sunt naturales quorum generatio est in secore, inde deferentes virtutem naturalem in omnia membra corporis. Alij sunt gignitui: ex naturalibus, vitalibus, & animalibus conflati virtutis gignitiue vehiculum. Qua quidem virtute semen potentia animatum efficitur actu viuens. Plura de spiritu, ac eius natura & differentijs videbuntur sequenti capite.

¶ Circa quartum dictum: quo inquit Auic. quod unus spirituum est generatione primus: est aduertendum. Quod quemadmodum medici dissident a sententia philosophi circa principalem membrorum, & circa generationem eorum: sic etiam dissentiunt ab eiusdem sententia: circa principalem spirituum, & ordinem generationis eorum. Aristoteles enim cum sentiat unum tantum esse membrum omnium virtutum principium. Consequenter assereret unum tantum esse spiritum omnium virtutum vehiculum: scilicet spiritum in corde genitum. Etiam cum Aristoteles sentiat unum esse membrum: scilicet cor: quod primo gignitur: a quo generatio aliorum dependet. Sentire etiam deberet unum esse spiritum qui primo gignitur: a quo omnium aliorum spirituum esse dependet: is autem generatur in corde. Et transmissus in cerebrum acquirit in eo convenientem complexionem pro animalibus operationibus:

Transmissus vero in epar/acquirit in eo conuenientem cōplexionem pro aialibus operationibus. Verū tamen anteq̄ perueniat in cerebrū: iam est aialis spūs, & anteq̄ perueniat ad epar: est naturalis spūs. Sed pro operationibus aialibus exercendis indiget complexione acquisita in cerebro, & pro naturalibus operationibus perficiendis cōplexione acquisita in epate: eo q̄ dicta mēbra sunt distarum operationū organa/seu instrumenta manifestatiua. Ita q̄ philosophus nullā poneret specificam differētiam inter spiritū vitālē & aialē & naturalē & gignitiuū. Immo existimaret oēm spiritū esse formaliter vitālē & aialē & naturalē & gignitiuū. Sed solūmodo cōstitueret accidētale differētia iterdictos spūs. Sic q̄ spūs in corde genitus sola cōplexione & substātiē modo acq̄sitis in corde sit vitalis & virtus instrumentū/ac vehiculū. Vt aut sit instrumentū/ac vehiculū & virtus aialis: indiget ppria cōplexiōe acq̄sita in cerebro. Vt & sit instrumentū virtutis naturalis: indiget cōplexiōe acq̄sita in epate. Vt & sit vehiculū & virtus gignitiue: indiget ppria cōplexiōe acq̄sita in testiculis, aut vasis spermatis. Hoc autē sensit Auic. cap. 12. partis. 5. Sexti naturalū: vbi cōformiter ad sentētia Aristotelis inq̄t. In cerebro autē perficit cōplexio spiritus: qui est aptus ad vehendum virtutes sensus & mot⁹ ad corpora: vt fiāt apta ad exercendas suas actiōes: sicut est etiā dispositio epatis comparatione virtutis nutritiue: quous cor sit primū principū: ex quo principaliter pendet & diffundit ad alia. Huiusce rei affert cōparationē Auic. in littera. Nā quēadmodū ex sentētia Galeni & aliorū medicorū cerebrū est principium primū virtutū sensitiuarū exteriorum, & spirituum: qui sunt earū instrumenta: verū tñ ad hoc vt distē virtutes exeāt in proprias operationes: opus est: q̄ spiritus missus ad oculos acquirat propriā cōplexionem in humore cristallino/pro opatione visiva efficienda. Et missus ad auditum acquirat propriam cōplexionem in neruo auditiuo: & sic in alijs. Sic etiā ex sententia Aristotelis cor est omnīū virtutum principū, & spiritus genitus in corde omnīū virtutū instrumentum: verū tamē dictus spiritus indiget cōplexione propria acquisita in alijs mēbris: vt membra exire possint in operationes quarū sunt manifestatiua organa. Hęc positio persuaderi potest rationibus quibus persuasum est vnū tm

esse mēbrum principale. Quod autē spiritus ad varias operationes indigat varijs cōplexionibus. Ratio est in p̄optu. Nullū est agēs naturale pluriū effectiūū productum: quim determinetur ad quodcūq̄ illorū ab aliquo speciali principio. Sed idem spiritus specie est pluriū effectuum specie differētium productum saltem instrumentaliter: igitur necessario ponēda sunt varia principia a quibus determinetur ad illos varios effectus: illa autem non esse possunt nisi varię complexiones. ¶ Galenus vero cum alijs Medicis cum quatuor constituent principalia membra: quorū tria proprię principalia dicuntur. Quatuor etiā ponūt genera spirituum quorum tria specificē differunt quartum vero ex trib⁹ cōstans. s. gignitiuum: & simul sentiūt spiritum vitalem esse materiā generationis spiritus animalis. quare Galenus libro de virtutibus corpus nostrum dispensantibus inq̄t. Sicut autem vitalis spiritus fm arterias & cor generatur, materiam habens generationis ex inspiratione & humorum vapore. Ita animalis ex vitali amplius elaborato. Circa ordinem generationis spirituum tot sunt sententię: quot circa ordine generationis membrorum. Cōmunis tñ sentētia medicorum est spiritum vitalem primo generari. Quare Auicenna p̄t̄ma Fen. p̄mi doctrina sexta capite. iij. inq̄t. Et sicut apud medicos epar p̄mē generatiōis .s. humorum est principium: ita cor generatiōis .s. spirituum principū existit. (Quē admodum apud eos: qui diuersificātur a sentētia eorum.) .s. apud medicos: medici enim sunt diuersi a Philosophis: vt mōstratum est.

TEXTVS.



Vpradiētorum autē repugnantium. Quidam sunt afferentes: q̄ virtutes spiritus affert a cerebro nullo modo egēs ad p̄fectionē virtutis cōplexione membri: ad quod procedit. Sed ipsum membrum est tm conueniens instrumentum actiōi virtutis naturalis nihil cōferens eius essentia. Verū tamen exquisita perscrutatio veritatis omnino cassat istorū opinio

Capitulum

nem. Et verificat insuper: quod calefactionem virtutis adipiscitur spiritus a membro: quod est operis instrumentum secundum formam predictae opinionis.

¶ Dixerunt quidam ex sequentibus philosophis quod spiritus vires anime recipit a corde perfecte: ita quod ad receptorum ipsarum perfecte in ipso corde disponitur: taliter quod non indiget alio membro sicut de epate/aut de cerebro/ & ceteris. Sed hanc opinionem respuit: & penitus cassat vltima inquisitio veritatis.

Commentaria.

In hac parte princeps Auic. duas recitat positiones: quarum vna repugnat dictis medicorum recte sententium. Altera dictis philosophorum recte sententium. Dixerat enim supra: quod quemadmodum ex communi sententia medicorum cerebrum est principium omnium virtutum sensitiuarum exteriorum & spirituum necessariorum ad earum actiones: tamen ad hoc quod organa sensuum exteriorum exeant in proprias operationes: opus est: ut spiritus acquirat propriam complexionem in vno quoque organo. Sic etiam ex communi sententia philosophorum. Cor est principium omnium virtutum & spiritus eas deferentium: tamen spiritus perueniens in cerebrum ad operationes animales exercendas: & inepar ad operationes naturales: opus est ut acquirat propriam ac particulari complexionem in vno quoque dictorum membrorum: qua mediante sit conueniens instrumentum manifestationi operationum: tam animalium quam naturalium. Nunc igitur inquit Auic. quod sunt quidam medicorum asserentes: quod spiritus animalis cum peruenit ad sensus exteriores: non indiget acquisitione propriae complexionis in aliquo illorum: ut exeat in operationes sensitiuas: sed quod sufficit quod spiritus sit presens potentiae sensitiuae: & quibus nulla fiat in ipso immutatio a potentia: nihilominus erit conueniens instrumentum operationum dictae potentiae propriarum. Inquit praeterea: quod exquisita ac perfecta inquisitio veritatis cassat & annullat hanc positionem, & verificat contrarium eius. scilicet quod spiritus animalis acquirat in organo sensuum exteriorum calefactionem, id est temperamentum quod

Primum. fol. xvi.

dam siue complexionem propriam & particularem: determinatam spiritum ad operationes membrorum proprias. Secundo ait Auic. quod etiam nonnulli ex philosophis posterioribus: ipso Aristotele dixerunt: quod spiritus procedens a corde: tam inepar quam in cerebrum affert a corde: tam virtutem naturalem quam animalium, & non indiget: ut acquirat propriam complexionem, aut epatis, aut cerebri ad hoc: ut sit instrumentum operationum naturalium, aut animalium. Verum tamen inquisitio veritatis vltima & perfecta cassat: etiam hanc positionem. (Supradictorum repugnantium.) Id est medicorum a sententia philosophorum dissentientium.

¶ Pro cuius litterae pleniori in intellectu ambigit. Primo an stando in sententia Galeni. scilicet quod cerebrum sit principium sensus & motus spiritus animalis ad hoc: ut sit instrumentum operationum sensuum exteriorum & membrorum motuorum indigeat necessario particulari ac propria complexionem acquisita in dictis membris sensitiuis & motiuis. Et arguitur quod non. Primo omnis spiritus animalis est ex sua natura sensitiuus & motiuus: igitur cum primum peruenit ad instrumenta sensus & motus erit sensitiuus & motiuus sine acquisitione nouae particularis complexionis in eis. Secundo agens produciens formam: producit etiam accidentia formam consequentia. Sed cerebrum est principium formae spiritus, scilicet virtutis sensitiuae & motiuae: igitur etiam erit principium complexionis insequentis dictam virtutem: quare spiritus non indiget acquisitione nouae complexionis in dictis instrumentis sensus & motus. Tertio spiritus vitalis non indiget propria complexionem acquisita in alijs membris a corde ad proficiendas operationes vitales: igitur nec animalis: similis enim est ratio in utroque. In oppositum est Auic. in littera & parte quinta libri sexti naturalium.

¶ Pro dissolutione huius dubij est aduertendum. Quod licet Galenus, aut aliquis antiquorum medicorum non aperte asserat spiritum animale acquirere propriam complexionem in organo sensuum, neque contrarium. Non enim fuere tam curiosi: ut hanc rem quae nullius utilitatis est: tam propense inuestigauerint. Tamen existimandum tempore Auic. quo multi florere viri: tam in rerum naturalium contemplatione, quam in medica arte periti, huiusmodi dubitationem & nonnullas similes disceptatas fuisse. Nonnullis tenentibus partem affirmatiuam: quae rationabilis

Tractatus

Hor est. Ex quorum numero fuit Auc. Alijs vero tenentibus partem negatiuam.

¶ Pars affirmatiua quæ afferit spiritum animale in instrumentis sensus & motus acquirere propriam complexionem: qua mediante perficit operationes eorum. Roborari potest pluribus rationibus. Prima operatio sensitua & motiua sunt specificè differentes: & non modo sensitua & motiua, sed etiam sensitua & motiua. s. visua & auditua: igitur ipsæ non possunt perfici ab eodem spiritu vel ab spiritibus nihil inter se differentibus: quare oportet inter spiritus distos ponere aliquod discrimen id aut non potest esse substantiale: igitur oportet quod sit complexionale: id autem non prouenit a cerebro: igitur acquiritur in instrumentis sensus & motus. Secunda ratio ois spiritus: tam visiuus, quæ auditiuus antequam perueniat ad oculum, aut auditu est potentia tamen talis cum autem est in oculo, aut auditu: iam est actu talis. s. visiuus, aut auditiuus: impossibile autem est ut fiat actu talis quum immutatus sit, ac alteratus: igitur acquiritur nouam complexionem. Tertio ois spiritus animalis ex sua natura est: tam sensitius, quæ motiuus: igitur si debeat potius esse sensitius, quæ motiuus: oportet quod determinetur ad id ab aliquo sensu: non potest autem determinari: nisi fiat in eo aliqua alteratio: igitur spiritus acquirit in instrumentis sensuum & motus particularem complexionem. Quarta si spiritus animalis nihil acquireret in oculo: quod ipsum efficiat visiuum: sequeretur quod eque fieret visiuus in auditu sicut in oculo: sed hoc est falsum: igitur aliquid acquirit, s. complexionem propriam. Hæc autem positio potest respondere ad argumenta ante oppositum. Ad primum dicitur: quod ipsum vertitur contra arguentem: eo quod spiritus animalis ex sua natura non est magis sensitius, quæ motiuus: fit autem sensitius acquisita noua & propria complexione in organo sensus. Et fit motiuus etiam acquisita propria complexione in organo motus. Ad secundum concessio antecedente cum consequentia prima: negatur consequentia secunda: quæ est enim in cerebro acquiratur virtus animalis & complexio spiritus animalis: nihilominus etiam in instrumento visus acquiratur alia complexio: qua spiritus fit visiuus, & sic in alijs. Ad tertium dicitur: quod non est conformis ratio de spiritu vitali & animali: eo quod operationes vitales non sunt inter se differentes: ut animales. Posset etiam dici quod spiritus vitalis in varijs mem-

Primus.

bris varias acquirit complexiones. ¶ Pars autem negatiua. s. tenens spiritum animale non acquirere nouam complexionem in organo sensu & motu roborari potest rationibus ante oppositum adductis. Quam si quis propterue velit tenere: facile respondebit ad argumenta adducta pro parte affirmatiua.

¶ Secundo etiam dubitari potest circa literam. An tenedo cum Aristotele cor esse omnium virtutum principium: spiritus ad perficiendas operationes sensus & motus indigeat propria complexione acquisita in cerebro. Et ad perficiendas operationes naturales indigeat propria complexione acquisita in epate. Quod non possumus arguere ut in precedenti dubio.

¶ Circa hoc etiam dubium fuere duæ philosophorum positiones. Quorum quidam tenuere partem affirmatiuam: pro qua faciunt argumenta facta pro parte affirmatiua superioris dubij: ex eorum numero fuit Auc. Alij autem tenuerunt partem negatiuam: quam aliquibus etiam rationibus fulcire poterant. Pars autem affirmatiua est rationabilior.

TEXTVS.

De diffinitione & natura spiritus & utilitate. Capitulum secundum.



Ita & quæcunque perfectio & omne bonum quibus res distinguuntur: non nisi a prima veritate sunt.

Quæ omnium bonorum prima est & vniformis emanatio.

At vero receptibilia sunt carentia dispositionibus ad receptionem ipsorum. Et idcirco quodlibet susceptibile non est dispositionis cuiuslibet receptiuum. Quapropter nequit lana in quantum lana recipere formam ensis. Nec similiter aqua sub forma aquæ recipere veritatem humanæ naturæ.

Commentaria.

Capitulum



N capite superiori princeps aut notificauit tres ex causis spiritus: efficientem scilicet & materiale & finale. In hoc. 2. capite notificat causam formalem eius. Nec i merito Auic. exorsus est librum de

uiribi⁹ cordis annotatione causarum spiritus: quoniam non cognitis causis spiritus: eius naturam nosse est impossibile: ipsis vero causis cognitis, facile eius natura cuius erit cognita: asserente Philosopho primo metaphisices & primo & secundo posteriorum & primo phisicorum: scire tunc arbitramur unum quodcumque cum causas eius cognoscimus: eodem etiam Auic. asserente. 2. capite primae doctrinae primae Fen. primi. Cuiusque rei scientia non acquiritur neque completur: cum causas habuerit: nisi per suas causas sciatur. In hoc igitur secundo capite Auic. diffinit spiritum essentiali: ac quidditatiua diffinitione genus & differentiam formalem comprehendentem. Nam teste Philosopho octauo metaphisices diffinitiones essentielles quae dantur per formam illae sunt perfectae. Ante tamen quae diffiniat spiritum: praemittit nonnullas propositiones cum quibusdam corollaris ad intellectum diffinitionis a prime necessarias. Quare totum capitulum diuidi potest in duas partes principales. Prima pars est praefatio quaedam ad diffinitionem. Secunda continet diffinitionem spiritus. Prima autem pars diuiditur in tres. In quarum prima ponuntur duae conclusiones. In secunda ponuntur duo corollaria deducta ex secunda conclusione. In tertia assignatur causa utriusque corollaris. Sic mihi visum est caput distribuere: ut melius dilucidetur. Prima pars est initium capituli. Secunda est ibi sic igitur humana corpora. Tertia ibi amplius autem. Prima conclusio primae partis est vita & quaecumque perfectio & omne bonum quibus res distinguuntur: non nisi a prima veritate: aqua omnia uniformiter emanant. Haec conclusio neque indiget demonstratione: neque monstrari posset. Cum constet tamen fide: quod Plato in timeo nitatur probare quae ob causam genitor mundi uniuersum constituerit verum eius probatio non ex per se notis propositionibus: sed tamen ex probabilibus apparentibus constat. Et non ostendit deum uniuersum

Secundum. fol. xvij.

constituisse: sed quare ipsum constituerit. Deum autem esse omnium rerum conditorem multis testimonijs ostensum est in superiori capite.

Pro huius litterae pleniori intellectu est primo aduertendum. Quod vita bipartita accipi solet: primo pro vitae essentia. Et hoc tribus modis. Primo pro vitae essentia uniuersali: & ea participat omnia entia. Et de hac intellexit commentator libri causarum cum inquit: vita est processio procedens ab ente sempiterno quieto. Secundo pro vitae essentia minus uniuersali: quae est communis: tam vegetabilibusque sensitiuis: de qua Aristoteles. 2. de anima inquit. Vita est consistentia per alimentum. Tertio pro vitae essentia particulari: quae solum perfectioribus: ac vitae partibus animalibus competit. De qua Aristoteles libro de morte & vita inquit mors & vita sunt communes omnibus animalibus. Secundo modo accipitur vita pro viuendi modo: iuxta illud philosophi primo metaphisices: hominum genus arte & ratione uiuit.

Secundo aduertendum perfectionem esse duplicem quaedam simpliciter disticta. Quae est omnium rerum causa omnia perficiens. De qua philosophus primo de celo inquit. Perfectum est cui nihil deest. Altera est perfectio secundum quid siue in genere: & haec est duplex. Quaedam essentialis. Altera accidentalis. Haec diuisio est commentatoris quinto metaphisices. Bonum etiam est duplex simpliciter & est deus de quo Plato in timeo inquit. Dicamus igitur quae de causa: ille generationem & hoc uniuersum constituit: & subdit: bonus erat. Et Aristoteles primo aethicorum: bonum inquit esse dixerunt quod omnia appetunt. Alterum secundum quid & est quod disticti boni quomodo cumque bonitate particeps est. De quo Aristoteles primo de anima. Scientia est de numero bonorum honorabilium. Et Genesis primo: vidit deus cuncta quae fecerat & erant valde bona.

Tertio aduertendum est pro intellectu illius litterae: quibus res distinguuntur: quod elicitur ex distictis Platonis in teateto: distinctio dicitur de rebus genere differentibus. Differentia vero de rebus quae genere conueniunt: specie autem differunt. Quare per pulchre Auic. dixit: quibus res distinguuntur. Nam cum quae sub eadem continentur specie eiusdem sint perfectionis & bonitatis non dissimilis: interea nulla est distinctio. Res vero quae diuersarum sunt specierum distinguuntur inter se. Aut quia alte

rum est vita particeps: alterum non, aut quia alterum est altero perfectius, aut quia alterum est alterius finis, & ideo eo melius. Finis enim & bonum conuertuntur teste philosopho. i. & 2. & 3. metaphisices. (Quæ omnium bonorum prima est & uniformis emanatio), i. aqua primo & uniformiter omnia procedunt. Hæc propositio est conformis dicto philosophi. ii. metaphisices dicentis. A primo principio dependet cælum & tota natura. Sed pro litteræ intellectu aduerte: quod effectus aliter a prima causa, aliter a secunda emanant. A prima enim causa emanantes effectus: nullam prærequirunt præuiam preparationem. Agens etiã nullo indiget instrumento. Nam ipsæ dixit & facta sunt. Quare oia uniformiter: quia sine præuia dispositione & sine instrumenti requisitione procedunt. Secundæ vero causæ nihil agunt sine præuia dispositione, nihil etiã sine instrumento. Etiã quoduis agens. Ad varios effectus producidos varijs præujs utitur dispositionibus varijsq; instrumentis. Quare difformiter effectus ab eis emanant. (At vero receptibilia sunt carentia dispositionibus.) Hic princeps Aulic. ponit secundam conclusionem quæ talis est: licet vita & ois perfectio & omne bonum procedant a prima veritate uniformiter quatum est ex parte sui: in non recipiuntur uniformiter in quocumq; passo ex parte passi: hanc conclusionem sic probat. Omne passum non est conuenienter dispositum ad susceptionem vitæ, aut perfectionis, aut bonitatis cuiuscumq;: igitur ipsa non recipiuntur in quocumq; passo consequentia est bona, & antecedens verum: igitur & consequens. Antecedens ponit: vbi dicit. At vero receptibilia & c. consequens vbi dicit. Et idcirco quodlibet susceptibile. Antecedens rursus probat inductione, quã subintelligit in duplici exemplo: quæ ponit in littera: quorum vnum sumptum est ex artificialibus. Lana enim in quantum lana non potest recipere formam ensis. Alterum sumptum est ex naturalibus. Aqua enim in quantum aqua, i. seruans formam aquæ non potest sumere veritatem humanæ naturæ, i. formam humanam. Nam cum aqua sit corpus simplex: forma autem hois requirat mixtum organicum complexione iustitiam temperatum: nequaquam recipi potest in elemento aquæ: duæ enim formæ substantiales non possunt eandem materiam informare. Nam teste philosopho secundo metaphisices, & primo de generatione: genera-

tio vnius est corruptio alterius.

¶ Pro huius litteræ clariori intellectu est primo aduertendum. Quod vt refert Aristoteles secundo de anima actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Quod tenet verum tam in artificialibus, quæ in naturalibus. Non enim quæcumq; materia est cuiuscumq; artificialis formæ susceptiua. Lana enim non potest suscipere formam ensis, neq; lutum formam securus & c. Etiã non quæcumq; materia est cuiusuis formæ naturalis susceptiua: aqua enim aut ignis non potest suscipere formam hominis, aut equi, nec equus formam aquilæ. Non enim quodlibet fit ex quolibet: sed determinatum ex determinato. Et licet deus omnia possit multa: tamen ex parte patientium sunt factu impossibilia.

¶ Secundo aduertendum. Quod prima veritas cum cuncta a principio creauit. Creatis naturales quasdam leges dedit: quas nequaquam transgrediuntur nisi præcepto creatoris: veluti elementis naturam indidit: qua semper adinuicem agant & patiantur: & ad eis determinata loca moueantur naturaliter: & in ipsis naturaliter quiescant. Cœlestes autem orbis incorruptibilitate dotauit: perpetuoq; motu moueri iussit: quæq; suo cursu. Materiam vero primam donauit aptitudine ad omnem formam: hasq; leges ei tribuit: vt simul duas substantiales formas, aut plures non admitteret. Quinimo vna adueniente alia cederet. Formas etiã substantiales dotauit quibusdam comitibus: qui eas associarent. i. accidentibus dispositionibus quibus mediatis exirent formæ substantiales in suas operationes. Et sic dotauit formas elementorum qualitatibus primis: formas autem mixtorum virtutibus: tam primis, quæ secundis, quæ tertijs, quæ quartis. Cœlos vero dotauit intelligentijs eos mouentibus. Et potentijs quibusdam actiuis quibus influunt mirandas virtutes: tam elementis, quæ mixtis. Hæc autem leges impositæ omnibus a rerum conditore appellari possunt dispositiones. Et ideo Aulic. inquit receptibilia sunt carentia dispositionibus hoc est licet vita & perfectio & bonum omne sit a deo: in cuius reu creatæ est certa lex quã non potest naturaliter transgredi. Quare non ois potest vitam recipere, ac bonum omne, atq; perfectionem.

¶ Tertio aduertendum. Quod dispositiones ad vitam præcipue: vt in sequentibus videbitur. Temperies est quædam complexio in qua actiua passiuæ sint taliter equata: quod quodam

Capitulum

modo contrarietas cesset: omnino enim cessare in mixtis est impossibile: cum in eis remaneat elementorum vis. Quare ubi perfectius: dicta contrarietas cessat, atque complexio magis ad equalitatem accedit: ibi multo maior est dispositio ad vitam: ubi vero contrarietas est maior: ibi multo minor est dispositio ad vitam. Quare inter omnia mixta homo perfectiori percipiat vitam: quoniam eius complexio maxime accedit ad equalitatem. Elementa vero omnium minime sunt disposita ad vitam propter maximam in eis repertam contrarietatem.

TEXTVS.



Ic igitur humana corpora accipiunt vitam: preter illa: quae numero & quantitate sunt determinata. Numero quidem quia non uiuentia corpora quatuor elementa sunt: & quae illis approximant in natura. Quantitate vero: quia omnia fere elementa quatuor: sunt fere insensibilis quantitas: & minora sunt omnibus speris. Nec elongatur ab intellectu: quoniam ex stellaris fixis sit aliqua maior eis. Demonstratio iterum concludit: quod haec omnia elementorum corpora sunt velut punctus respectu corporis saturni: quanto igitur amplius respectu superiorum.

Commentaria.



In hac secunda parte princeps Auisenna ponit duo corrolaria: quae eliciuntur ex secunda conclusione. Dixerat in secunda conclusione quod quodlibet susceptibile non est cuiusuis perfectionis, aut vitae receptiuum. Nunc autem inde infert duo corrolaria. Primum humana corpora sunt vitae susceptiua. Secundum elementa, & quae eis approximantur in natura non sunt vitae receptiua. Secundum corrolarium intelligit: cum dicit. Preter illa quae numero & quantitate sunt determinata: quasi dicat. Illa non recipiunt vitam: quae numero & quantitate sunt determinata, id est, elementa non recipiunt

Secundum. fol. xviii.

vitam. Et declarat quare appellet elementa numero, & quantitate determinata. Dicuntur enim numero determinata: quia sunt quatuor numero. Et sortiuntur eam denominationem per comparationem ad orbem celestes: quorum numerus indeterminatus est. Alij enim posuerunt tantum octo orbem celestes, alij nouem, alij decem, alij undecim: ut infra declarabimus. Preterea elementa dicuntur quantitate determinata: quia comparata orbibus celestibus sunt fere insensibilis quantitas: orbem vero celestes fere immensae: quare elementa videntur esse determinatae quantitas respectu orbium celestium. Orbem vero celestes indeterminatae. Quod autem orbem celestes respectu habito ad elementa sint immensae quantitas: ostendit dicens. Quod non elongatur ab intellectu, id est, veritate. Quoniam aliqua stellarum fixarum sit maior omnibus elementis simul. Immo quod potius est Astrologica demonstratio concluditur: quod omnia elementa sunt velut punctus respectu corporis saturni. Primum igitur corrolarium est. Ex dictis sequitur quod humana corpora sunt vitae receptiua. Cuius ratio est. Quaecumque conuenientem habent preparationem ad vitae receptionem ipsa sunt vitae receptiua: humana corpora habent conuenientem preparationem ad vitae receptionem: igitur ipsa sunt vitae receptiua: consequentia est bona maior est nota: minorem infra ostendemus veram. Igitur conclusio est vera. Secundum corrolarium est: elementa non sunt vitae receptiua. Cuius probatio est. Quaecumque carent preparatione ad vitae receptionem: non sunt vitae receptiua elementa carent preparatione ad vitae receptionem: igitur &c. maior est nota. Minor paulo infra probabitur vera: igitur & conclusio est vera.

Circa id quod diximus numerum coelorum esse indeterminatum: est aduertendum. Quod de numero orbium celestium plures sunt positiones. Aristoteles enim & qui suo tempore florere: posuere tantum numerum octonarium orbium celestium. id est, Caelum stellatum firmamentum distans, & septem orbem planetarum. Vnum enim tantum motum firmamenti cognouere. id est, motum ab oriente in occidentem distans motum raptus: eo namque motu rapit orbem omnium planetarum: cognouere etiam septem planetarum proprios motus: qui fiunt ab occidente in orientem secundum successionem signorum. Alij autem ut Ptolomeus tebit Alfraganus, Albumazar, & ferme omnes

Tractatus

astrologi antiquiores posuere nouem orbis
coelestes, s. octo dictos & alium illis superiorē
dictum primū mobile. Ad ponendam autē hanc
nonam sperā impulsū sunt hac ratione. Quo-
niam cōperere octauā sperā moueri alio mo-
tu, q̄ motu raptus, s. motu ab occidēte in oriē-
tem: qui motus appellatur motus stellarū fixa-
rū: quo motu dicta spera absoluit gradū vnū
fere lucentū annis, & cum idem mobile non
possit moueri varijs p̄prijs motibus. Necessa-
rium fuit ponere aliam sperā p̄ter octauam.
Cui motus raptus esset proprius: motus autē
stellarum fixarū dictus dicitur p̄prius octauae
sperae s̄m dictam positionē. Alij autē recentio-
res astrologi, s. Alphonsus rex Hispaniae, &
Romanorū, Ioannes de lignerijs, Georgius
pubarchius, Ioānes montergio, & alij neote-
rici: ponunt decem speras mobiles. Reperere
em̄ triplicem in octauo celo dicto firmamēto
motū, s. raptus: qui fit ab oriente in occiden-
tem, & alium: qui fit ab occidēte in orientem
dictum stellarū fixarū: & tertium qui dicitur
trepidationis: qui fit supra capita arietis, & li-
brae nouae sperae capitibus arietis & librae octa-
uae sperae facientib⁹ paruos quosdā circulos:
fere in spacio septem milibus annorū. Quare
asserit hanc positio, motū raptus esse propriū
motū decimi orbis, s. primi mobilis: motum
vero stellarū fixarū dictum esse propriū mo-
tum nouae sperae: octauaeq; rapti a noua & ad
motū nouae moueri eo motu. Motū trepidat-
ionis esse propriū motū octauae sperae. Theo-
logi autē ponūt alium celum dictū empireū, s.
igneum non q̄ sit igneae naturae: sed propter
splendorem. Et dicunt esse sedem beatorum,
nulloq; motu moueri: sed cōtinuo quiescere.
Hoc autē celum nōnulli asserūt influere quie-
tem his inferioribus. Alij vero dicūt nihil in-
fluere. Auic. autē cum videret tātam antiquo-
rum diuersitatē de numero celorū: non im-
merito existimant eorū numerum indetermina-
tum: & ideo appellauit elemēta numero deter-
minata per cōparationē ad celorū numerū.
¶ Circa tria quae dicit Auic. in littera. Primū
q̄ elemēta sunt insensibilis quātitatis & mino-
ra rotabilibus speris. Secundū q̄ non est alle-
nū a veritate: q̄ aliqua stella fixa sit maior om-
nibus elementis. Tertium q̄ demonstratione
concluditur: q̄ omnia elemēta sunt velut pū-
tus respectu corporis saturni. Dubitatur an
haec dicta sint vera.

Primus

¶ Pro quorum dictorum veritate indaganda
opere precium est recensere mēsuras: tum ele-
mētorum: tum etiā orbium celestium ac stella-
rum: tam fixarū, q̄ erraticarū. Ab antiquis tū
philosophis tum astrologis cōperitarum: in-
cipiamus igitur a mensura elementorum.
¶ Mensura ambitus totius terrae s̄m sententiā
Ptolomei, ac alfragani cōtinet cētū & octo-
ginta milia stadia. Nā totī terrae ambitui cor-
respondent in caelo gradus trecēti. Cuiuscūq;
autē caeli gradui correspondēt in terra quin-
quaginta stadia. Sumpto em̄ quouis astrono-
mico instrumento, siue astrolabio, siue qua-
drante, aut sexagenario, notataq; poli altitu-
dine: si quis directe cōtra septentrionem proce-
dat quinquaginta stadijs deambulatis: si iter-
um inspiciat polum: cōperiet: vno gradu eū
magis q̄ ante eleuatū. Igit tributis cuiuscūq;
300. gradum. 50. stadijs resultant. 180000.
Quaeq; Abrosius, Macrobi⁹, Theodosius, &
Euristenes referente. Ioanne de sacro busco
censent totū terrae ambitū cōtinere ducēta &
quinquaginta & duo milia stadia, tribuendo
cuius caeli gradui, 70. stadia. Verū tamē ma-
gis adherendum cenfeo Ptolomei positioni
quoniā tam in astrorum cōsideratione, q̄ in
geometricis mēsuris perpendēdis, peritissimus
habetur. Altorū autē elementorum mēsurā fa-
cile habet: cognita mēsurā terrae: presupposi-
ta sententiā Aristotelis primo meteororū: q̄
quolibet elemēta sibi proxima se habēt im-
portione decupla. Ambitus itaq; superficiei
cōuexe elemēti aquae superat in decuplo am-
bitū dictum terrae. Ambitus vero superficiei
cōuexe elemēti aeris est decuplus ad amb-
itū elemēti aquae. Ambitus quoq; elemēti
ignis est decuplus ad ambitū aeris. Ex elemē-
torū autē p̄portione eliciūt philosophi. Mē-
suram caelorum. Aitunt em̄ ambitum superficiei
cōuexe primi caeli eē decuplū ad ambitū spe-
rae ignis. Secundum vero, caelū esse decuplum
ad primū: & eodem modo ex proportione di-
cūt de alijs. Si quis autē in iaciēdo calculo la-
bori non pepercerit: facile cōperiet quānam
sit ambitus vnusculiusq; tam elemētorum, q̄
caelorum. Diametri autē vnusculiusq; tam ele-
mētorū, q̄ caelorū mēsurā facile reperietur
ateenta proportione: quae est inter circūferē-
tiam & eius diametrū: ea em̄ est tripla sexquif-
septima. Circūferentia em̄ vt omnes geome-
trę asserunt cōtinet ter suā diametrū: & simul

Capitulum

septimam partem vnus tertiæ. Quare cognita mensura circūferentiæ cuiusuis dictorum corporum: si auferas ab ea vigesimam secundam partem: & residuum in tres diuidas partes: vna illarum tertiā erit quantitas diametri circuli. His bene perspectis, quis facile intelliget: an primum dictum contineat veritatem: quo Auic. dicebat: quatuor elementa sunt fere insensibilis quantitatē, & minora omnibus rotabilibus speris. Nam cum terrea teneat vicem vnitatis, aqua vero vicem numeri denarij: aer vicem numeri centenarij. Elementum ignis vicem millenarij. Primum cœlum cōtinebit in sui ambitu vicem decem milium: & secundum cœlum continebit vicem centum milium. Et tertium obtinebit vicem decem centenariorum milium, & sic de alijs decuplando. Quare dictum Aucennæ tenet verum: quod quatuor elementa sunt fere insensibilis quantitatē per comparationem ad omnes rotabiles speras simul.

¶ Deinde repetenda est astrorum mensura. Et primo stellarum fixarū. Vbi aduerte quod stellarum fixarum. Quædam sunt visu notabiles: quædam non. Notabilissimum autem sex ponuntur magnitudines: tam a Ptolomeo in almagesti, quæ ab Alphonso rege in tabulis. Stellæ primæ magnitudinis sunt numero. 15. & quælibet earum est maior terra centies septies. Stellæ secundæ magnitudinis sunt numero quadragintaquinque quarum quælibet est maior terra nonagies. Stellæ tertiæ magnitudinis sunt numero ducentæ & octo: quarum quælibet est maior terra septuagies & bis. Stellæ quartæ magnitudinis sunt numero ducentæ & septuaginta quatuor maiores terra quinquagies quater. Stellæ quintæ magnitudinis sunt numero ducentæ & decem & septem maiores terra trigesses quinques. Stellæ sextæ magnitudines sunt numero ducentæ quadraginta & nouem quarum quælibet est maior terra decies octies. Præter has etiam sunt quinque stellæ nebulosæ, & nouem obscuriores dictæ tenebosæ: quarum vna est oblonga velut cauda: quæ etiam sunt notabiles verum de earum magnitudinibus non loquuti sunt astrologi. In sex magnitudinibus dictis cōprehenduntur mille & viginti & duæ stellæ ex quibus cōstant quadraginta & octo imagines quarum duodecim sunt in Zodiaco circulo. 21. in parte septentrionali. 15. in parte australi. Septē autē

Secūdum. fol. xix.

tem planetarum magnitudo est huiusmodi: Quatuor enim planetæ superiores. scilicet Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol sunt maiores terra. Saturnus est maior terra nonagies semel, Iuppiter nonagies quinques. Mars vero cōtinet terram semel & dimidium eius. Sol autē est maior terra centies sexagies sexies. Tres vero planetæ inferiores sunt minores terra. Venus est minor terra trigesses septies. Mercurius est minor terra vigintiuna mille & noningentis quinquaginta & duabus vicibus. Luna vero est minor terra trigesses nonies. Quare omnium stellarum Sol est maximus Mercurius minimus. Hæc sunt ex sententiâ Ptolomei, & Alphragani libro de aggregationibus stellarum quibus fidem adhibet omnis astronomorum cœtus. His visis ad secundum & tertium dictum dicatur quod sunt limitanda: falsum enim est quod aliqua stellarum fixarum sit maior omnibus elementis simul sumptis: nam cum sphaera ignis sit maior terra: miles nulla autē stella sit maior terra amplius quæ centies septies vt visum; falsum erit quod aliqua stellarum fixarum sit maior omnibus elementis simul: verum intelligi potest de inferioribus elementis. Etiam tertium dictum est falsum quod omnia elementa simul sint velut punctus respectu corporis Saturni: nam elementum ignis est multo maius corpore Saturni. Sed id dictum potest intelligi de elemento terræ. Nam vt refert Galenus libro. 5. de morbo is qui antiquorum placita enarranda suscipit: ea amice magis diffinitur, quæ morose redarguere debet.

TEXTVS.



¶ Amplius autē apud cōprehensores veritatis causa: propter quā non receperunt vitæ formam hæc corpora: est illud: quo cetera viuētia corpora: tam simplicia quæ cōposita diuersificantur ab eis. scilicet cōtrarietas naturarū. Natura enim vnus cuiusque est alterius nature cōtraria. Et idcirco a genere corporum cœlestium valde elongatur. Quoniam cœlestia corpora disposita sunt ad nobiliorē speciē vitæ corporalis. Elementa vero a vita omnino sunt elongata. In corporibus autē cōpositis cōmixtio frā

git formam contrarietatis eorū: exinde
causatur forma cōplexionis. Quæ
quidem cōplexio medium quoddā est
inter contraria. Medio autē nihil abso-
lute est contrarium. Et idcirco compo-
situm disponitur ad vitę receptionem.
Ita videlicet q̄ quāto amplius ad me-
diū cōplexio vicinatur: tanto mixtum
redditur habilius ad recipiendum no-
biliores vitę perfectionē. Adeo q̄ quā-
do in tātū tēperatur complexio: q̄ per
equalitatem cessat cōtrarietas in ea: di-
sponitur mixtum ad receptionem vitæ
conformis vitæ cœlestium corporum.
Quæ dispositio in humano tantū spiri-
tu reperitur.

Commentaria.



N hac tertia parte princeps Auic.
affert causas duorū corrolatorū
supra positorū. Quorū primum
fuit: q̄ corpora humana sunt vitę
receptiua. Secūdo: q̄ elementa
non sunt vitæ receptiua. Et simul infert alia
quatuor corrolaria. Primum ex probatione
dictorum corrolatorum. Ibi: & idcirco a ge-
nere corporū cœlestium. Secūdo infert etiā
ex dicta probatione: ibi. In corporib⁹ autem
cōpositis. Tertū infert ex secūdo: ibi. Ita vi-
delicet q̄ quanto. Quartum infert ex secūdo
& tertio: ibi. Adeo q̄ quādo intantum: inquit
igitur primo. Quod causa propter quā qua-
tuor elementa non recipiūt vitam: est id: quo
viventia corpora diuersificātur ab eis. s. con-
trarietas reperta in ipsis. Natura em̄ vnuscu-
iusq̄ elementī est contraria naturæ alterius.
(Apud cōprehensores veritatis.) Id est apud
philosophos, phisicos, aut metaphisicos. Ari-
stoteles em̄ secundo metaphisices inquit: vo-
cans philosophiam sciētiam veritatis bene se
habet. (tam simplicia, q̄ composita.) per sim-
plicia intelligit corpora cœlestia: p̄ cōposita
mixtorū corpa. Pro littere clariori intellectu.
¶ Inquirendum est. An elementa sint vitalis
formę receptiua. Deinde an sufficiēter Auic.
assignet causam. Cur non sint formę recepti-
ua. Et suadetur primo q̄ sint formę vitalis su-
ceptiua. Omne id quod continet in se prin-

cipium sui motus: est vitæ particeps. Sed ele-
menta continent in se principium sui motus:
tam sursum, q̄ deorsum: igitur ipsa sunt vitæ
susceptiua. Non enim aliter probat Aristote-
les secundo de cœlo & mūdo cœlos esse aia-
tos. Secūdo quicquid est principū & causa
viventū est vitæ particeps. Sed elemēta sunt
causæ viventium mixtorum: igitur ipsa parti-
cipant vita. Maior patet ex sententia Aristo-
telis secūdo metaphisices. Quicquid est cau-
sa aliorum vt tale illud est maxime tale. Minor
patet quoniam omnia mixta cōstant ex qua-
tuor elemētis, & ab eis dependent: vt efficien-
tibus causis. Tertio si elementa non partici-
pant vita: hoc puenit, aut ex parte ipsorum,
aut ex parte causæ, non ex parte causæ. Nam
dator vitæ largitur sine auaritia, nec ex parte
sui: igitur &c. In oppositum est Auic. in litte-
ra. Et maxima pars philosophorum. In disso-
lutione huius dubij. Primo declarandi sunt
termini. Secundo videndum est quid senser-
int antiqui de hoc dubio. Tertio quid nobis
sentiendum est.

¶ Pro primi expeditione. Elementum dicitur
quadrupliciter. Primo de primis & vni-
uersalioribus principijs: tam simplicium, q̄
compositorum corporum: quæ sunt materia
& forma. Secundo dicitur de quatuor simpli-
bus corporibus omnium mixtorum fundae-
mentis. Tertio dicitur de principijs medijs in
hominis & animalium sanguineorum gene-
ratione: & sunt quatuor humores. Quarto di-
citur de partibus consimilibus constituentis
bus aialū corpora. Elemētum secūdo modo
sumptum diffinitur a philosopho. s. meta-
phisices, & secundo cœli & mundi. Elemē-
tum est illud: ex quo cōponitur res primo: &
in quod cetera copora diuidunt. Galenus ve-
ro diffiniuit. Elementum est minima particu-
la eius: cuius est elementum. Auic. vero sexto
metaphisices: elementum corporeum est, ex
quo & alio affe cōponitur res: & est in eo per
essentiā: & non diuidit per formā: quæ quidē
diffinitio maxime intelligi pōt de materia pri-
ma. Idem prima primi doctrina secunda. Ele-
menta sunt corporea. s. simplicia, & sunt par-
tes primæ corporis humani, & aliorum: quæ
in corpora diuersarum formarum diuidi mi-
nime possunt: ex quorum cōmixtione diuer-
sę species generatorum sunt. Quid autem sit
vita visum est supra.

¶ Ratione secūdi est aduertendū q̄ Platonis sententia fuit mundū esse animatū ac viues. Inquit em̄ Intimco. Dicendum est hunc mūdum animal esse: idq̄ intelligens re vera diuina prouidentia constitutum. Id autem ratione probabili sic persuadet. Fas autem neq̄ erat neq̄ est quicq̄ pulcherrimum facere eum qui est optimus. Cum igitur excogitasset inuenit nihil eorum: quæ s̄m naturam aspectus subiecta: si expers intelligentiæ sit intelligente alio totū toto pulchrius fore. Intellectum vero alii sine anima dari non posse: hac ratione mētem quidem animæ: animam vero corpori dedit. Cuius quidem rationis hic est sensus. Cum deū optimum deceret: ut pulcherrimū faceret mūdum: non aut̄ esset pulcherrimum: si esset expers intelligentiæ: quare fecit ipsum intelligentem: impossibile autē habere intelligentiā sine anima: quare fecit ipsum animatum. Cum autem totus mundus dicatur a Platone animatus: sequitur necessario ex eius sententiā: elementa quoq̄ esse animata: nisi velit animā modo nescio quo inexcogitabili informare corpus. Eam tamē esse totam in toto totaq̄ in quauis mundi parte: videtur sensisse Plato eodē libro. Inquit em̄. Animam aut̄ in eius medio collocauit: perq̄ totū tetēdit: atq̄ ea corpus ipsum etiā extrinsecus circū textit.

¶ Propter tertium est aduertendū. Quod referente Aristotele. 2. de anima viuere illud dicimus: cui inest ut intellectus. Sensus, motus loco, ac status: & insuper motio nutrimento acōmodata, & accretio, decretio ve. Ex quibus verbis sequitur: omne viuens esse nutritiuum, siue vegetatiuum, aut sensitiuum, & motiuum. Nihil autem esse viuens: quim participet aliquo, aut pluribus dictorum. Viuens autem & animatum idem sunt. Anima autem teste Aristotele eodem libro. Actus est & perfectio naturalis corporis habentis vitā. Animæ autem quintuplex est potentia referente Aristotele. 2. de aīa: scilicet Nutritiua, Sensitiua, Appetitiua, loco motiua, & intellectiua. Et licet quintuplex sit animæ potentia: triplex tantum est anima: scilicet Vegetatiua. Cui tantum inest nutriendi potentia. Sensitiua cū inest & sentiendi, & appetēdi potentia: nulli em̄ inest sensus: quim inest & appetitus: hæc tantum reperitur in brutis, ac irrationabilib⁹: sicut vegetatiua in plantis. Motiua autem potentia non semper inest animæ sensitivæ: mul-

ta enim sunt animalia: quæ immobilia permanent: ut conchæ marinæ. Alia est anima intellectiua, cui omnes quinque insunt potentie.

¶ His præmissis pono talem conclusionem. Elementa non participant vitā, cōclusionem sic probo. Omne viuens, aut est vegetatiuum, aut sensitiuum, aut intellectiuum. Sed elementa nec sunt vegetatiua, nec sensitiva, nec intellectiua: igitur nec viuentia. Secūdo si elementa essent animata, aut prædita essent potentia nutritiua, aut sensitiva simul, & appetitiua, & motiua s̄m locum, aut intellectiua simul cum alijs: sed hoc non igitur nequaquā vitā participant. Restat respondere ad argumenta ante oppositum. Ad primum negatur consequentia, & ad probationem dicatur: q̄ Aristoteles loquutus est de motu circa medium: elementa autem habent in se principium motus ad medium, aut a medio: scilicet gravitatem, aut leuitatem. Ad secūdam dicatur q̄ antecedens est falsum. Materia em̄ prima est principium & causa viuentium: non tamen est viuens, & ad probationem maioris: cōcedatur auctoritas Aristotelis. Verū tamen ea concessa non sequitur intentum: nam licet elementa sint causa viuentium: non tamen ut talia. Ad tertium dicatur q̄ elementa non sunt vitæ receptiua ex parte eorum: causam hic exponemus.

¶ Cum iam visum sit q̄ elementa nō recipiūt vitā. Videndum est cur non sint vitæ receptiua, & an sufficienter assignet causam Auic.

¶ Pro cuius rei intellectu est aduertendum. Quod vitā consistit cum quadam concordia primarum qualitatum: quod aperte apparet: nam viuentia quæcūq̄ ubi eis contingit qualitatum primarum multa accretio: statim viuere desunt: ut apparet in magnis frigidibus acēstibus: quibus animalia, ac plantæ pereunt. Etiam apparet: quoniam animalia in quibus multus est excessus vnius qualitatis supra alias: breui tempore viuunt.

¶ Quo supposito dicitur q̄ Auic. optime assignauit causam: cur elementa non sint vitæ receptiua. Nam cum inrer qualitates elementorum sit vehemens discordia, ac cōtrarietas: semperq̄ adinuicem agant & patiātur: vitæ illiq̄ forma amet concordia, ac quietem qualitatum primarum: nullo modo posset consistere cum tāta discordia. Etiam operationes vitales perficiuntur quodā calido, quodāq̄ humido cōmēsuratis: qđ est impossibile reperiri.

In elementis: in quibus tanta est contrarietas. Etiam vita est participatio quedam diuinitatis. Nam viuētia non viuētibus perfectiora sunt: viuētiaq; deo similliora: diuinitas autem est quid simplicissimum / & a contrarietate alienissimum. Vita igitur quoad fieri potest gaudet simplicitate qualitatiua / & contrarietatis absentia. Quæ cum maxime absit ab elementis ipsa non erunt vitæ receptiua. (Et idcirco a genere corporum cœlestiū valde elongantur.) In hac parte princeps Auic. infert ex dictis vnum corrolariū. Dixerat em̄ q̄ elementa propter suam contrarietatem non sunt vitæ receptiua. Ex quo sequitur q̄ elemēta valde elongantur a natura corporum cœlestiū: q̄ autem valde elonguētur ostendit: quoniā cœlestia corpora sunt disposita ad receptionem vitæ corporalis perfectissimæ: elementa autem sunt omnino a vita elōgata. I. inter omnes res minime receptiua vitæ. In dicto corrolario nihil aliud intendit Auic. q̄ inferre ex dictis q̄ corpora cœlestia sunt vitæ receptiua q̄ probare intēdit. Elementa sunt omnium minime receptiua vitæ propter contrarietatem: quæ maxime reperitur in eis: igit cœlestia corpora erunt maxime receptiua vitæ: quia nulla in eis reperitur contrarietas.

Pro cuius corrolarij intellectu aduerte: q̄ aliud est dicere. Cœlestia corpora sunt vitæ receptiua/aliud vero sunt viuētia. Nā q̄ sint vitæ receptiua/hoc est q̄ possint esse animata: nulli dubium est/cum nullum possit assignari impedimētum ad receptionem vitæ / seu animæ verum si aiata essent / alia aiæ esset species a cōmemoratis ab Aristotele in libris de anima: cui tantum intellectiua potentia & fm los cum motiua inessent / aiæ autem nequaq̄.

Dubium tamē est: an cœlestia corpora sint viuētia. Et arguitur q̄ non. Primo corpus simplex nō potest esse aiatū: sed cœlestia corpora sunt simplicia: igitur non possunt esse / neq; sunt animata: consequētia est bona maior probatur quoniam si cœlum esset animatum maxime anima intellectiua. Sed anima intellectiua vititur potētis: igit varijs organis: in corpore aut simplici nulla reperitur varietas: igit impossibile est corp⁹ simplex esse animatum. Secundo vt refer Aristoteles. 2. de anima: vbi est intellectus ibi est sensus & vegetatio: igitur si cœlum est animatum anima intellectiua: ipsum etiam sentiet / & nutrietur. Sed

omne quod nutritur est corruptibile: igitur cœlum erit corruptibile: sed consequens est falsum: igitur & antecedēs. Etiam absurdum est dicere cœlum sensitiuū. In oppositum est Auic. in littera / & multi philosophorum antiquorum. Pro dubij dissolutione tria videbuntur. Primum terminorum declaratio. Secundo quid antiqui senserūt de dubio. Tertio rei veritas.

Propter primum cœlum diffinit philosophus primo de cœlo & mundo. Cœlum est corpus simplex incorruptibile sphericū circulariter fm naturam motum. Circa naturā cœli fuere variæ philosophorum positiones.

Quidam em̄ dixerunt ipsum esse simplex quoddam corpus simplicemq; substantiam: carentem materia / & forma: equorum numero fuit Auerrois. Alij autem dixerunt ipsum constare ex materia & forma sicut alia corpora corruptibilia. Verūtamen eius formam maxime differre a formis corruptibilium: quoniam caret omnino dispositionibus contrarijs: quibus dotatae sunt forme corruptibilis. Etiam eius materia caret aptitudine / ac inclinatione ad aliam formam. Quid autem sit vita & viuere: visum est supra.

Propter secundum est sciendum: q̄ maior pars antiquorum philosophorum cœlum esse animatum / ac viuens. Plato enim in timeo: vt visum / asseruit mundum esse animatum. Etiam eo libro censuit astra esse animata: inquit enim. Deniq; cum vniuersum deus constituisset / astris parem numerum distribuit animarū / singulis singulas adhibens: eisq; tanq; vehiculo impositis mōstrauit vniuersi naturam: legesq; fatales edixit: idē cœsūt lib. x. delegū latione. Aristoteles quoq; secundo de cœlo & mundo. Asserit cœlum habere animam / quæ est principium sui motus. Idē etiam primo de cœlo inquit: q̄ vita est in cœlo fixa in secula seculorum: quæ nec finitur / nec deficit. Cōmentator etiam Auerrois. Inquit q̄ cœlum habet intellectum: qui est forma indiuisibilis fm quantitatem cœli: & ille est anima eius. Etiam Aristoteles libro de substantia orbis inquit: q̄ forma mouens cœlum est aiæ natura. Eodem libro inquit. Corpus autem cœleste quod est intrāsmutabile ab alio extrinseco: nō indiget aiā sensibili / nec magis natia inesse suo: sed tm̄ aiā ipsum mouēte i loco / & virtute: q̄ nō sit corpus / nec sit in corpe

fm diuisionem ipsius: ad largiedum ipsi per
 manentia eternam: & motum eternum Auic.
 quoq; libro. 5. naturalium & 5. metaphisices
 cenfer: q; coeli habet anima & fantasia: cui
 obedit vniuersa materia mundi: sicut corpus
 aialis obedit aia ipsius. Et sicut aiatu corpus
 immutat fm imagines delectabilis, vel triftis
 apprehensas ab aia ipsius aialis. Ita elemetoru
 materia mutat ad imaginatione motoris coe
 li. Ideoq; fut qnq; terremotus, ac cisurae ter
 re in inferioribus: haec Auic. Rationibus etia
 potest persuaderi hec propositio. Prima om
 ne id est viuens & animatum: quod producit
 viuentia & aiata. Sed coelum producit viuen
 tia & animata. vult em huius seculi sunt sub
 lecti vultib? coelestib? (teste Ptolomeo in ce
 tiloquio:) igitur ipsum est animatum. Secun
 da coelum est omniu corporu perfectissimu:
 igitur ipsum est aiatum: cosequentia pbatur:
 na si non esset aiatu & viuens no esset pfectissi
 mu: cu viuentia sint non viuētibus pfectiora.
 Tertia id quod omniu corporu est teperatissi
 mum: est viuens: sed coeli est eiusmodi: igitur
 ipsum est viuens & aiatu: cosequentia pbatur
 nam vita vt dictum est: illis maxime copetit:
 quae ad teperiem accedut. Quarta & est Ario
 stotel. 2. de coelo. Omne id est aiatu & viuens:
 quod in se habet principium sui motus circa
 mediu: coelum autē est hmōi: igitur ipsum est
 aiatum. Veru tñ aiam coeli censuit Aristoteles
 esse multo diuiniorem animis ceterorum ani
 malium: quippe quae sit infatigabilis: ppetuo
 mouens, ac vniuniformiter: talibus corpori vni
 clis coniuncta: vt nullo modo possit ab eo se
 parari: vt potest constare ex dictis philosophi
 primo & secundo de coelo.

¶ Ratione tertij est aduertendum. Quod viri
 sancti, ac theologij doctores dissidet a philoso
 phoru sententia in hac re. Asserunt em coeloru
 motores non esse aias, eoru corpora informa
 tes. Sed esse intelligentias ipsis a supremo oim
 motore immoto applicatas ipsos sine fatiga
 tione mouetes. Et ponunt tot intelligentias nu
 mero: quot sunt orbes coelestes diuersi discō
 tinui: & quot coelestium orbium varij motus.
 Pro horu sententia roborada faciunt rationes
 ante oppositum. Cum ipsis etia cōsentire vis
 detur Auerrois super libro de substantia orbis.
 Vbi censet planetas mundum gubernare per
 intelligentias orbibus virtute copulatas: & si
 substantia extra consistat. Et ait: q; Saturni

orbi applicata est intelligentia dicta Cassiel: io
 uis orbi Sachiel: orbi martis Samael: orbi so
 lis Micael: orbi veneris Anael: orbi mercurij
 Raphael: orbi lunę Gabriel. Quomodoq;
 appellant: cuius orbi est applicatus vnus bo
 nus angelus: qui ipsum moueat.

¶ Nonnulli autem voletes cōcordare philo
 sophos cum sacris doctores referunt antio
 quos appellasse animas: quos theologij appel
 lant angelos, seu intelligentias. Et q; antiqui
 appellat coelos animatos non q; intellexerint
 q; eorum animae informaret corpora: effice
 rentq; vnu cum eis: sed q; moueret ipsos coe
 los. Verutamen tam Plato, q; Aristoteles &
 eorum sequaces existimauere ipos coelos esse
 animatos: animasq; eorum vnum cōstituere
 cum corporibus. Qui autē diceret coelos esse
 animatos: dum modo intelligat eoru animas
 esse intelligentias eis virtute copulatas ipsos
 mouentes: velut refert Auerros super librum
 de substantia orbis non erraret. Rationes au
 tem pro corroborada positione philosopho
 rum sunt dissolubiles. Ad primam dicitur: q;
 coelum producit animata, non se solo: sed pri
 ma causa & intelligentijs agentibus. Ad se
 cundam dicitur q; alia sunt celo perfectiora:
 scilicet animata. Ad tertiam dicitur corporis
 temperies est concausa: ad hoc vt quid sit vi
 uens & animatum. Verutamen innumera sunt
 temperata non animata. Ad quartam dicitur
 coelum non continere motorem in se: sic q; sit
 eius pars: sed, sola virtute ei applicatum esse.
 (In corporibus autem compositis cōmixtio
 frangit formam contrarietatis.) In hac parte
 princeps Auic. infert ex dicta pbatione aliud
 corrolarium: scilicet q; composita corpora
 sunt vitæ receptiua: quod sic probat: in cor
 poribus compositis commixtio frangit con
 trarietatem repertam in elementis: ex qua re
 fractione resultat complexio: quae est quoda
 dam medium inter contraria: igitur in corpo
 ribus cōpositis non est contrarietas impedi
 tiua susceptionis vitę. Tunc vltra in ipsis non
 est contrarietas: igit ipsa sunt vitę susceptiua.
 ¶ Aduertendū est q; medium dicitur triplici
 ter. sc. secundum subiectu: & est cu nullius opo
 positoru est receptiuu: sicut lapis dicitur me
 dium inter sanum & egru: nam nullius eoru
 est receptiuus. Aliud dicitur medium fm tē
 pus, & dicitur: qn est dare tēpus in quo neu
 trum oppositorū inest subiecto. Aliud est me
 dium

Tractatus

diſum ſm formā & eſt forma ex cōtrarijs cō-
ſtans: vt pallidū aut rubeum ſunt media inter
album & nigrum. Hoc tertio modo comple-
xio eſt medium inter cōtrarias qualitates ele-
mentorū. (Ita videlicet: q̄ quanto amplius
ad medium cōplexio vicinatur: t̄to amplius
redditur habilis ad recipiēdū nobilioris vitę
perfectiōnē.) In hac parte princeps Auic.
Inferat aliud tertium corrolarium ex ſecūdo:
quod tale eſt: quodlibet mixtū tanto eſt per-
fectioris vitę receptiuū: quanto eius comple-
xio magis accedit ad mediū. Hoc aperte con-
ſtat ex dictis. Nam cum contrarietas ſit maxi-
mum impedimentū receptionis vitę: & quā-
to aliquod mixtū magis accedit ad medium
magis vacet contrarietate: id mixtū erit ma-
gis vitę receptiuū, ſiue perfectioris: quod ma-
gis accedit ad mediū. Vbi mediū eſt intelli-
gendū non in vniuerſa ſubſtātia aliter dictū
equale ad pōdus. Sed medium iuſtitiale, ſiue
equale ad iuſtitā: illud em̄ non eſt in natura:
hoc vero reperitur in homine: homo etiā ma-
ximē accedit ad mediū in vniuerſa ſubſtātia
vt cenſet Galenus. 2. de tēperamētis, & Auic.
prima primi. (A deo q̄ q̄n intātū tēperat cō-
plexio q̄ p equalitatē ceſſat cōtrarietas & c.)
Inferat quartū corrolariū ex tertio & ſecūdo.
Dixerat em̄ in ſecūdo corrolario: q̄ cōpoſita
ſunt vitę receptiua: quia cōtrarietas eſt in eis
refracta. Et in tertio q̄ quāto mixtum magis
accedit ad medium in ſui cōplexione t̄to eſt
perfectioris vitę receptiuū. Ex quibus inferat:
q̄ q̄n in mixtione tantū refrāgitur ac tēpera-
tur cōplexio: q̄ per equalitatē ceſſet omnino
cōtrarietas: tale mixtum erit receptiuum vitę
conformis vitę cœleſtium corporum. Quā-
quidem equalitatem cōplexionis dicit reperiri
in humano ſpiritu. Ideoq̄ ipſum cēſet eſſe
receptiuum vitę conformis vitę cœleſtium
corporum.

¶ Ex quibus dictis plura reſultant dubia.

¶ Primum vtrum aliquod mixtum poſſit in
tātum temperari in ſui cōplexione: q̄ in eo
ceſſet omnis contrarietas.

¶ Secundum vtrum in ſpiritu humano repe-
riatur talis equalitas cōplexionis.

¶ Tertium vtrū humanus ſpiritus ſit vitę re-
ceptiuus, ac viuens actu.

¶ Ad primū ſine argumētorum ſtreptu dicitur.
Quod cū elemēta ſint immixto & ſimul
eorū qualitates ſaltem potētia & virtute: nul-

Primus.

lum mixtum poteſt ita tēperari: q̄ in eo ceſſet
omnis cōtrarietas. Nam impoſſibile eſt actio-
nem & paſſionē qualitatum primarū virtuas
liter in mixto exiſtētium oīno ceſſare. Quare
q̄n ait Auic. q̄ cōplexio poteſt taliter tēpera-
ri: q̄ ceſſet omnino cōtrarietas: interpretatio-
ne indiget. Non em̄ intelligit q̄ in rei veritate
oīno ceſſet: ſed q̄ intantū minuatur: q̄ videas
tur ceſſare: oīno: eo q̄ nulla ſit excellēs virtus
actiua elementorū, qualitibus ligatis vnica
tēperata cōplexionali forma. Nam cū mediū
diſtet ab vtroq̄ extremo vniſormiter: videtur
nullatenus participare extremorum natura.

¶ Ad ſecūdum dubiū non facile eſt reſpon-
dere. Sed q̄ in ſpiritu humano nō ſit ea equa-
litas cōplexiōis: quā dicit Auic. perſuadetur.
Primo ſpiritus eſt calidior res quæ eſt in cor-
pore humano vt refert Auic. prima primi do-
ctrina. 3. capi. 7. Igitur in ipſo non reperitur
equalitas dicta. Secundo ſpiritus eſt genitus
ex ſubtiliori parte ſanguinis: vt aſſerit etiam
Auic. prima primi doctrina. 6. capi. 4. omnis
aut naturalis cōplexio aſſimilatur ei ex quo
res generatur: ſed ſanguinis cōplexio non eſt
equalis: igitur nec cōplexio ſpiritus. Tertio
omne genitū in ſui cōplexione aſſimilatur ge-
neranti: ſed generans ſpiritū eſt cor: quod eſt
omnium mēbrorum calidiſſimū: vt refert Ga-
lenus. 1. de tēperamētis, & Auic. prima primi:
igif & ipſe ſpiritus erit natura calidus: quare
nequaquē equalis. In oppoſitū eſt Auic. in lra.

¶ Pro diſſolutione huius dubij eſt aduertē-
dum primo: q̄ duplex eſt equalitas ſiue equa-
le: quæ dā ad pondus dicta, altera ad iuſtitiam
quod aut ſit vnū quodq̄ eorum viſum eſt ſu-
pra. Etiā equale ad iuſtitā eſt duplex: quoddā
in aialium genere & eſt homo. Aliud in gene-
re mēbrorū & eſt cutis. Secūdo. Aduertēdū:
q̄ vna & eadē res ſepe fert a medicis variatū
cōplexionū varijs cōperta: verbi gratia ſcor-
pio lapidi cōparatus fert calidę cōplexionis:
cōparatus vero homini dicitur frigidę com-
plexionis. His premiſſis pro reſponſione ad
dubiū pono conſuſiones.

¶ Prima cōcluſio ſpiritus humanus cōpara-
tus medio in genere mēbrorum, ſ. cuti aſſerē-
dus eſt calidę cōplexionis. Hęc cōcluſio ptz.
Nam inter oīa membra cutis maxime accedit
ad tēperamentum pōderale: cetera aut mēbra
magis diſtāt a tēperamento ponderali, q̄ cu-
tis. Hęc verſus humidū, hæc verſus frigidū,

Capitulum

hæc vero versus calidū/alia versus siccū. Spiritus autē distat a tēperamento pōderis magis q̄ cutis: versus calidū & humidum/ & ad cutim etiā cōparatus est calidus & humidus: & sic p̄t̄ cōclusio. Et sic intelligēd̄ sunt auctōritates asserētes spiritū esse calide cōplexionis.

¶ Secunda cōclusio spiritus humanus est cōplexionis equalis/ac tēperate tēperamento iustitiam: conclusio probatur spiritus humanus est tēperatus tēperamento humano: igitur est equalis iustitiam: cōsequentia est nota: nam tēperamentū iustitiam est, hoīs tēperamentū. Homo em̄ est medium in genere aīalium: vt apparet ex dīctis Galeni. 2. de cōplexionibus inquit. Et homo tēperatioris est cōplexionis reliquis aīalibus, & non aīalibus tm̄: sed etiā plantis: vbi intelligit Galenus tēperamento iustitiam & relato ad opationes. Etiā princeps Auic. prima primī doctrina. 3. capite. 1. inquit. Huic vero equalitati: quæ fm̄ humana attēditur corpora, & quæ est in cōparatione aliorū: quæ hāc non habet equalitatem, neq̄ habent propinquitatē equalitatis: quā prius nominauimus, quā habet homo octo cōsiderationum accidū modis: vbi aperte Auic. loquitur de iustitiam equalitate: antecedens patet nam spūs est tēperatus cordis tēperamento: cordis autem tēperamentum est tēperamentum humanū: igitur &c. Proterue etiā quis posset tenere conclusionem sequentem.

¶ Tertia cōclusio. Cor & spiritus sunt iustitiam temperatiora ceteris corporis humani mēbris. Hæc cōclusio probatur sic. Temperamentū iustitiam attēditur ex parte perfectioris operationū: ita quod id dicitur tēperatū iustitiam: quod de elemētis & eorum qualitibus eam obtinet mensurā: quæ necessaria est operationibus perfectis p̄ducēdis. Sed inter oīa mēbra cor & spiritus perfectissimas p̄ducunt operationes. Nam cor est omnīū virtutum principū/ spiritus instrumentū: igitur ipsa sunt iustitiam tēperatiora ceteris corporis mēbris. Ex qua sequitur multa esse mēbra corporis humani cuti temperatiora iustitiam. Cum autē medici dicunt cutim accedere magis ad equalitatē alijs mēbris intelligūt de certa/ siue ponderali equalitate. Verūtm̄ Galenus cutim cēset iustitiam temperatissimam quare ex eius sentētia: hæc tertia conclusio est falsa, & ita est in rei veritate. Quare intelligēdus est Auic. spiritū esse iustitiam tēpera-

Secūdum. fol. xxij.

tum tēperamento humano/ & non incōuenit aliquid esse calidū/ aut frigidum in ordine ad cutim: & in esse tēperatum in genere aīalium: oīa em̄ humani corporis mēbra sunt tēperata in genere. s. aliorū aīalium mēbris cōparata. Ex dīctis patet respōsio ad dubium & quo pacto spiritus humanus dicat equalis cōplexionis.

¶ Ad tertiū dubiū. Dicitur q̄ humanus spiritus est vitæ receptiuus. Nam in eo nullū reperit impedimētū p̄pter quod nō possit vitā recipere. Nā contrarietas in eo cessat: vt dīctū est quæ est impeditiua receptiōis vitæ. Dubiū tm̄ est an sit actu viuens & aiatus. Et arguitur q̄ non. Primo id quod fluit & refluit semper: non est formaliter aiatum: sed spiritus semper fluit & refluit: igitur nō est formaliter aiatus. Secundo si spiritus poneretur formaliter aiatus: etiā oporteret ponere sanguinem formaliter aiatum: nam velut sanguis dilabatur per venas: sic spiritus per arterias. Tertio nec spiritus complātatus est formaliter aiatus: quia ipse est decisus cū semine quod solū est potētia aiatum. Neq̄ influens: cum is semp dilabatur & pereat/ ac denuo generetur. In oppositum est Auic. in littera. Etiā probatur rationibus. Prima omne id est aiatū & viuens: quod est vitaliū operationum instrumentum p̄cipuum: sed spiritus est hm̄ō: igitur ipse est animatus & viuēs. Non em̄ aliter possumus probare mēbra esse aiata: nisi quia eis insunt operationes vitales: spiritui autē insunt vitales operationes. Ipse em̄ nutritur: immo q̄ potius est/ sine ipso mēbra nequeūt nutriti. Ipse etiā videtur inesse sensus: cum eo deficiente mēbra sentire nequeat: inest etiā ei motus ad diuersas positionis differentias/ & sine eo mēbra nequeūt moueri. Secūdo id est maxime viuēs: quo cetera mēbra viuunt: spiritu autē cetera mēbra viuūt: igitur est viuens. Minor probatur: nam eo præsente mēbris: mēbra viuūt: eo absente: defunt viuere/ atq̄ tabescunt: vt patet in paralyticis/ & spasmatibus: igitur &c.

¶ Pro huius dubij solutione est aduertendū. Quod licet non cōperiamus apud libros antiquorū expresse scriptū: q̄ spiritus sit aiatus/ neq̄ contrariū. Verūtm̄ si quis probe inuestigauerit/ eorū de spiritu sermones: ipsum potius aiatum existimabit/ q̄ cōtrariū. Primo qm̄ ipsum cōnumerant inter mēbra simplicia: oīa autē mēbra simplicia ponūtur formaliter aiata. Secūdo qm̄ tāta sit a virtute nutriti-

Tractatus

tua trāsmutatio ad ipsorū generationē quā
ta ad mēbrorum restorationem & augmen
tum. Tertio quia operationes vitæ ei cōpetūt
vt nutritio sensus motus. Quare nōnulli exi
stimauerūt ipsum spiritū esse animā: vt refert
Altabas. 4. libro theorices capite. 18. Auicē
na etiam infra appellat ipsum sedem animæ.
Quarto qm̄ est principale instrumentū virtu
tum animæ: videtur aut̄ absurdum aiām pro
suis operationibus vt inanimato instrumen
to. Quinto qm̄ eo presentē mēbra vita partici
cipant: eo absente viuere cessant. Quare non
videbitur dissonū rationi dicere ipsum spiritū
esse formaliter aiātū: veluti asserit Auic.
in littera. Qui voluerit huic positioni adhere
re: facile respōdebit ad argumēta antepositū.
Ad primū dicitur: q̄ maior est falsa: nam mē
bra etiā fluūt & resuūt: & sunt subiecta gene
rationi & corruptiōi cōtinuæ: fm̄ aliquas sui
partes: nihilominus sunt viuētis: q̄ q̄ em̄ spi
ritus non perduret idem fm̄ partem: durat in
idem fm̄ se totum: eo q̄ spiritus cōplantatus
semper remanet idē: in quo seruatur idētitas
spiritus. Ad secundū dicitur: q̄ non est par ra
tio de spiritu & sanguine: nam virtus nutriti
ua perfecit omnē possibilē transmutationē in
materia: anteq̄ spiritus generetur: non aut̄ in
sanguine: etiā sanguis non est animæ in suis
operationibus instrumentum velut spiritus.
Ad tertū dicitur: q̄ tam spiritus cōplantatus
q̄ influēs est formaliter aiātus & ad improba
tionem de spiritu cōplantato: dicitur q̄ in se
mine non est actu: sed solū potētia aiātus: cū
aut̄ anima introducitur in foetu: fit actu ani
matus sicut & mēbra. Influēs quoq̄ est actu
aiātus: velut pars mēbri succedens loco cor
ruptæ actione virtutis nutritiue producta.
¶ Qui vero voluerit oppositū tenere respon
dere poterit ad persuasiones predictæ positio
nis: dicens q̄ nil aliud concludunt: q̄ q̄ spiritus
sit animæ instrumentum. Non tamen ex
eo sequitur ipsum esse animatum: velut etiam
dicimus complexionem esse animæ in multis
operationibus instrumentum: non tamen in
de sequitur q̄ cōplexio sit formaliter anima
ta. Hęc quæ nra rudis texuit mīnerua proba
biliter tantū asseruimus. Qui ingenio magis
poluerint: recessent in vtilia: addātq̄ vtiliora.

TEXTVS.

Primus.

Stigitur in summa spūs sub
stantia generata ex cōmixtio
ne elementorum vergens in
similitudinem super cœlestiū
corporum. Et propterea iudicatur de
spiritu: q̄ sit substantia luminosa. Pro
pter quod & dicit̄ de visiuo spiritu: q̄
sit radi⁹ atq̄ lux. Et exinde anima gau
det ex intuitu lucis: & tristatur in tene
bris. Quoniā spiritui: qui est sedes aię:
illud est conforme: id aut̄ contrarium.

Commentaria.

Postq̄ premisit princeps Auic. non
nulla necessaria ad intellectū diffini
tionis spiritus. In hac secunda parte
diffinit spiritū. Et facit duo. Primo
ponit diffinitionē. Secūdo tribus signis con
firmat vnā ex particulis diffinitionis. Diffini
tio aut̄ est quiddatiua constans ex genere &
differentia. Genus est substantia: residuum te
net locū differentie. Nam cū non oēs rerum
differētie habeant noīa imposita sepe cōple
xo nomine formā rei significamus. Ponitur
in diffinitione genita ex cōmixtione elemen
torū: vt assignet differētia inter ipsum & sim
plicia corpora: est em̄ corpus mixtū cōstans
mediate ex quatuor elementis: immediate ex
quatuor humorib⁹ aut solo sanguine fm̄ di
uersitatem opinionū. In eius in cōmixtione
dominat̄ maxime aerea natura & post ignea.
Vergēs in similitudinem super cœlestiū cor
porū ponitur ad differentiā ceterorū mixto
rum. Nullū em̄ est mixtum tantā gerens simi
litudinem cū cœlestibus corporib⁹: quātam
ipse spiritus. Assimilatur ipsi cœlestibus cor
poribus. Primo in tēperie. Nam veluti cœle
stium substantia est omni vacās intemperie &
contrarietatis importunitate. Sic etiā spiritus
vt dictū est: est omnī corporum iustitialiter
temperatorū tēperatissimus ad sensum dictū.
Secūdo assimilatur cœlestibus in substantie
puritate: vacat enim omni sorde impurorum
elementorum. Tertio assimilatur cœlestibus in
clarescentia. Est enim perspicuæ transparen
tisq̄ substantie: veluti & cœlestia. Quarto eis
assimilatur in luce: est em̄ lucidæ substantie: vt
cœlestia. Quinto eis assimilatur in motus cō

Capitulum

tinuitate & agilitate: est enim in continuo motu ac agiliter mouetur velut celestia. Sexto intelligit Auic. assimilari celestibus in vita eo quod viuat vita perfectissima intermixta veluti celestia viuunt vita omnium perfectissima: ut ipse opinatus est. (Et propterea iudicatur de spiritu & c.) In hac parte princeps Auic. confirmat illam particulam definitionis vergens in similitudinem super celestium corporum tribus signis: quasi dicat, Quod spiritus assimiletur super celestibus corporibus: patet. Primo quoniam ipsum omnes censent substantiam luminosam. Secundo quoniam spiritum visum omnes: tam philosophi quam medici consueuerunt appellare radium & lucem. Tertio patet quoniam anima gaudet ex intuitu lucis & tristatur ex tenebris eo quod spiritus qui est sedes anime hoc est vehiculum virtutum anime est de natura lucis.

¶ Pro lucidiori definitionis spiritus intellectu est aduertendum. Primo: quod spiritus multiplex est acceptio. Aliquando enim sumitur pro vna trium personarum diuinarum. Iuxta illud euangeliste Ioannis: spiritus ubi vult spirat. Aliquando sumitur pro incorporea substantia: qualis est eudemon, aut cachodemon, aut anima. Iuxta illud etiam euangeliste Marci: spiritus quidem proptus caro aut infirma. Tertio sumitur pro vento: ut apud Aristotelem primo meteororum tractatu. 2. cap. 5. ubi inquit: de ventis autem & omnibus spiritibus dicam. Quarto sumitur pro anhelitu: ut apud Hippocratem pronosticorum primo. Spiritus si frequens sit significat dolorem. Quinto sumitur pro corporea chimica arte sublimate substantie subtilis: quo pacto sepe acceptum reperies in libris archimistarum. Ultimo sumitur pro subtili, ac vaporoso corpore reposito in humano corpore virtutum latore. Et hoc modo sumptus spiritus est duplex. Quidam est coplantatus, alter influens. Spiritus coplantatus ut vocabulum ipsum importat: est qui contractus est a principibus generationis & cum semine decusus. Quem Aristoteles secundo de generatione animalium capite tertio sic notificauit. Inest enim in semine omnium quod facit: ut fecunda sint femina: ut videlicet quod calor vocatur: idque non ignis, non talis facultas aliqua est. Sed spiritus, qui in semine spumosoque corpore continetur: & subdit. Et natura que in eo spiritu est proportionem respondet elemento stellarum, id est substantie stellarum ex qua quidem

Secundum. fol. xxiiij.

notificatione traxit Auic. definitionem quam ponit in littera: que non solum coplantato spiritui competit: sed etiam fluenti. Hic autem spiritus quatuor circa generationem exercet actus. Primus est dissoluere & extendere seminale materiam virtute calidi sibi adiuncti: ut dicta materia fiat apta receptioni formarum. Secundus actus est ferire & pulsare fortiter totam materiam: ex quo plura causantur foramina, & concauitates: ut venę & arterie constituentur. Tertius actus est ferre virtutem informatiuam ad omnium membrorum informationem. Quartus actus est separare vias suas a viis humidis. Nam propter grossitatem & coplantationem humidam non posset spiritus per eius vias velociter transire. Oportet in celeriter ipsum totum corpus irradiare: quare oportuit vias spiritus esse extra vias humidis. ¶ Spiritus autem fluens est: qui genitus est ex subtiliore parte sanguinis virtute: tam calidi existentis in corde, quam existentis in spiritu coplantato. Hic cum primum formatum est corpus generatur ex menstruo sanguine, & adiuuat spiritum coplantatum in predictis actibus. Isaac in definitionum libro sic ipsum notificat. Conuenerunt antiqui quod spiritus est corpus subtile procedens a corde in arterias ad totum corpus, & facit ipsum habere vitam, & anhelitum per pulmonem, & ascendit ad cerebrum, & procedit ab eo in nervos per totum corpus, & facit ipsum habere sensum & motum. ¶ Galenus autem diffiniuit spiritum: pro ut comprehendit: tam coplantatum, quam fluentem sexto de iuuamentis membrorum. Spiritus est vapor sanguinis temperatus. Etiam princeps Auic. prima primi doctrina sexta. Spiritus est substantia subtilis ex humorum vaporibus & eorum subtilitate secundum aliquam coplexionem generata. Spiritus fluentis quatuor quoque sunt actus in corpore humano. Primus quod est viuificans hunc acquisiuit a suo motore, id est anima. Secundus quod est calefactiuus: hunc acquisiuit a corde fonte caloris. Tertius quod est euertatiuus: per quem dissoluit & quasi verberando & pulsando subtilizat ea: que viscosa sunt pro corporis nutrimento, & hunc acquirit a suo proprio motu. Quartus actus est: quod omnem virtutem anime ad proprias & essentielles operationes mouet. Nam licet coplantatus etiam sit instrumentum virtutum: tamen quia influens mobilior est: ei magis tribuitur motio virtutum. ¶ Spiritus. Preterea tria sunt genera. Quidam est vitalis:

culus sedes est in corde: vitalem virtutē inde in oīa corporis mēbra deferens. Alius est animalis ex vitali in cerebro genitus per vltiorē eius deputatōē: tribuens virtutem sensus & motus membris sensibilib⁹ & mortuis. Alius est naturalis. Culus gñatio est in epate: virtutē nutritiuā inde in oīa corporis mēbra ferēs: ex cōmuni medicorum sentētia. Quāq; Auerrois primo coliget capite. 14. dissentiat a cōmuni sententia medicorū. Inquit em̄ spiritus duo sunt. s. spiritus apparens in corde & spiritus apparēs in cerebro. Sed spūs in epate non apparet per viam sensus. Idem etiā videtur innunere diffinitio spiriti⁹ Isaac superius adducta: q̄q; idem. 4. libro Theoricē ponat spiritū naturalem: vt ceteri medici. Galenus autem duodecimo libro de arte curatiua hestare videtur: an sit ponendus spiritus naturalis. Inquit em̄ q̄ si naturalis quoq; aliquis spiritus est: vtiq; is quoq; in secinore & venis cōtinebitur: hęc Galenus. Re em̄ vera nullus est spiritus naturalis: q̄q; medici extēdant nomē spiritus ad calidum quoddam vaporosumq; corpus & turbidum habens ortum ex epate: cui nequaq; competūt prædicata ipsi spiritui supra attributa: neq; spiritus diffinitio.

¶ Secūdo aduertendum est. Quod nōnulli Platoniorū: equorū numero fuit Plotin⁹ & eius sequaces: asseruere spiritū non solū contineri in sensu præditis animalibus: ac vegetabilibus. Sed etiam in corporib⁹ quibusuis inanimatis. Immo in cunctis creatis corporibus. Alunt em̄ mūdo primum inesse spiritū: quo mediante aīa mūdi generet oīa: qui talis ferme sit in toto corpore: qualis noster i nostro corpore: hoc solo discrimine: q̄ spiritus mūdi non trahatur ex substantia quatuor elementorum: veluti spiritus noster. Sed dicunt ipsum procreari ab aīa mūdi ex virtute sua genitāli quasi tumentī. Dicunt præterea spiritū inesse elemētis: quo mediante & inter ipsa fit trāsmutatio: & ex eis in simul fit mixtio. Dicūtq; inesse mixtis inaiatis vitæq; priuatis: vt lapidibus: & mineralibus: & q̄ mediante eo possint sibi similia generare. Quod si lapides & metalla non vidētur generare sibi similia: quēadmodum elemēta: & vegetabilia: ac sensitiua: dicūt id prouenire: eo q̄ ipsorū spiritus cohibetur a materia crassiori: ne deducat in actū generandi. Quod si virtute astroū: aut artis labore segregetur distus. spiritus a crassa ma-

teria: non minus seruiet ad generationem: q̄ spiritus viuentiū. Et hoc pacto ingeniosi philosophorū secernētes spiritum ex auro: & argento ad ignem per sublimatōē: & applicantes ceteris metallis generant ex eis aurum: & argentū. Huiuscemodi sentētia videtur adherere Hippocra. libro de spiritib⁹: vbi inquit. Quid em̄ sine spiritu fieri potest: aut a quonā abest hic: cui ve non adest? Quicquid em̄ inter terram & cœlū est spiritus conspirans est. Quin etiā solis & lunæ siderūq; via per spiritum existit: igni siquidē spiritus est alimentū: ignis autē spiritu priuatus minime queat viuere. Adeo vt solis etiā cursu eterno ipus eternus tenuisq; existēs esse prætet. Enim vero q̄ mare etiā spiritus particeps sit oibus constat: quonā nec naturalia animalia viuere possent nisi spūs cōmunicarent: & subdit lunę quoq; super hoc. s. spiritu firmamentū: hic nimirum etiā teluris vinculum: & hoc nihil est vacuū: hęc Hyppo. An autē hęc secta profiteatur veritatem: alijs acriori ingenio perditis examinandum relinquo. Vnum tñ omnibus est cōpertū. Neq; philosophos peripateticos: neq; theologos neotericos vnq; mētionem fecisse de spiritu mundi: elemētorum ve: neq; etiam inanimatorum corporum.

¶ Circa id quod inquit Aulc. q̄ dicitur de vi liuo spiritu q̄ sit radius: atq; lux. Est aduertendum: q̄ vt elici potest ex dictis Aristotelis. 2. de anima tractatu. 5. Discrimen est inter lucē: lumen: radiū: & splendorem. Lux em̄ est qualitas inherens corpori luminoso visus mediāte lumine immutatiua: veluti color mediātib⁹ suis speciebus immutat visum. Lumen est species lucis defluens a corpore luminoso p mediū perspiciū diffusa. Radius est lumen multiplicatū p̄m lineam rectā a corpore luminoso procedēs. Splendor est lumen causatum ex radiorū reflexione in corpore aliquo terfo. Vbi cūq; est radius: ibi est lumen: non tamen e contra: & vbi cūq; est splendor: ibi est lumen non tamen e contra.

¶ Secūdo aduertendum q̄ Plato existimauit oculū esse participem naturę ignis: non quidem elemētaris: sed cœlestis: & simul existimauit ipsum spiritum visiuū esse radiū: ac lumen a luce oculorū diffusum. Inquit em̄ intimeo ignis certe illius qui non vrit qui dē sed illum nando suauius diē inuehit mundo particeps oculorū orbes dij fecerunt. Intimū siquidem

Capitulum

noſtri corporis ignem huius ignis germanū
lincerūq; per oculos emanare voluerunt. Et
ſubdit. Itaq; cum diurnum lumen applicet ſe
viſus radio: tunc ea duo inter ſe ſimilia cōcnr
rentia, atq; cōmixta: quo oculorum acies di
rigūtur: ibi in vnus iam domeſtici corporis
coherent ſpeciem: vbiq; videlicet tam inti
mi, q̄ externi luminis ſit concursus &c. hæc
Plato: vbi ſpiritū viſiuū appellat radiū & lu
mē. Non q̄ ita ſit in rei veritate: ſed q̄ ppter
ſuā luminofam ſubſtantia ſit luminis, atq; ra
diorum diffuſiuus. Spiritus enim eſt lumino
ſum corpus: quare nec lumē, nec radius: quæ
ſunt qualitates. An autē vera ſit Platonis ſen
tētia de natura oculorū nō eſt p̄ſentis nego
ij: ſ; libri de ſenſu & ſenſato vbi eā poſitionē
Platonis ipugnat Ariſtoteles. Galen⁹ quoq;
libro ſecūdo de morbis oculorum capite. 6.
Comparauit ſpiritū viſiuū ſolis ſplēdori: vbi
inquit. Sicut em̄ ſolis ſplēdor ſuperioris aeris
extremitatē percutiens: totū aerem penetrat:
eūq; clarificat. Sic & viſibilis ſpiritus pupillā
egreſſus: mox totū aerem penetrat. Et paulo
infra: inquit. Sed vtiq; hac p̄prietate: q̄ neq;
ſolis, neq; ſpiritus ſplendor ſuam actionē aerī
ipſo abſente poteſt dimittere.

Circa id qd̄ dicit Auic. in littera q̄ aīa gau
det ex intuitu lucis, & triftat in tenebris: eſt
aduertendū: q̄ ſicut virtutes appetitiuæ cor
reſpondētes alijs ſenſibus delectantur in ap
prehēſione obiectorū cōueniētium: vt virtus
appetitiua ſenſui tactus correſpōdēs delectat
ex apprehēſiōe tangibiliū cōueniētū tactui,
ſiue calidorū, ſiue frigidorū: ac leniū &c. Et
appetitiua guſtui reſpōdēs delectat ex appre
hēſione cōuenientū: vt dulciū, aut acriū &c.
Et eodem modo aliæ vt olfatiua, & auditua.
Sic etiā virtus appetitiua correſpōdens viſui
delectatur in obiecti cōueniētis apprehēſio
ne. Lux autē & lumen & colores quicūq; luce
participātes ſunt obiecta cōuenientia ſenſui
viſus cū nō nimis excellūt velut molle tactui:
& dulce guſtui, & aromaticū olfatiui. Et ſicut
diſtē virtutes appetitiuæ delectātur ex conue
nientium obiectorū apprehenſione: ſic etiā
triftātur, ſiue dolēt diſcōueniētium apprehē
ſione. Hęc autem eſt Galeni ſentētia libro. 4.
de morbo & ſymptomate vbi inquit delecta
tione vero & dolore oēs ſenſus affici poſſunt:
vt tactiua in aſperi apprehēſione: guſtatiua in
apprehenſione amari: olfatiua in apprehēſio

Secūdum. fol. xx iij.

ne fetidi, & auditua in apprehēſione diſſoni:
viſiua vero in apprehēſione colorū nimis ex
cellentū, & tenebrę. Quāq; proprie loquens
do tenebra nō ſit viſu apprehēſibilis: cum ſit
quid priuatiuū: & ideo Auic. in littera dixit:
aīa teſtatur in tenebris, & non dixit triftatur
ex intuitu tenebrarum. Sicut dixit gaudet ex
intuitu lucis. Cauſa autem ppter quā viſiua
appetitiuæ reſpondens triftatur, ſiue dolet in
tenebris eſt: qm̄ ſicut ipſa delectatur ex intui
tu obiectorū cōueniētium: ſic etiā cū obie
ctis omnibus priuat: nihilq; intuet, triftatur:
ſicut etiā aliæ appetitiuæ triftātur cum non
apprehendunt propria obiecta: illiſq; indi
gēt. Hoc autem magis cōtingit in viſiue cor
reſpōdenti appetitiua, q̄ in alijs quia viſus eſt
ſpiritualior, ac magis actiuus alijs ſenſibus &
cupit eſſe incōtinua actione & obiectorū cō
ſideratione. Experiētia hoc cōſtat quia mul
to magis cōtriftamur ex deperditione ſenſus
viſus, q̄ aliorum cuiuſuis. Sumpſi hic triftari
improprie. Nam triftitia: vt infra patebit: nō
eſt paſſio appetitus ſenſitiui. Sed potius intel
lectiui appetitus, ſiue volūtatis: dolor autem
eſt paſſio ſenſitiui appetitus proprie tributus
tactiue potētiae: aliarū autē potētiarū paſſio
nes cōtrariæ delectationi non habēt nomina
impoſita. Ad rem autē redeūdo cū virtus ap
petitiua viſui correſpondens delectetur ex in
tuitu lucis. Et triftet in tenebris ppter priua
tionē cōuenientis obiecti. Sic ſpecies delecta
biles, ac etiā triftabiles pueniētes ad potētias
ſuperiores, & tādē ad intellectū cauſant in
volūtate, aut gaudiū, aut triftitiam. Etiam vt
refert Auic. Anima gaudet ex intuitu lucis p
pter ſpiritū: qui cū ſit luci cognatus & ſimilis
mouetur ad lucis intuitū, & ſubtiliat, ac clari
ficatur: meliusq; ſeruit animæ operationibus.
In tenebris autem anima triftatur: eo q̄ ſpiri
tus ad interiora retrahitur, ac ingroſſatur, &
tenebroſus redditur: quare minus bene ſeruit
operationibus animæ.

TEXTVS.

CDe principalibus paſſionibus
ſpiritus cordialis: & primis
cauſis ipſarum. ſ. poten
tia & diſpoſitione Ca
pitulum tertium.

Tractatus



Apietes philosophorum & medici eos sequentes concorditer ponunt. Quod gaudium & tristitia / & timor / & ira sunt ex passionibus spiritus cordialis. Et quod quaelibet passionum interdicitur & remittitur: non solum modo propter agens. Sed etiam propter intensiorem & remissionem dispositionis in substantia patientis.

Commentaria.

Dost quod in superioribus duobus capitulis princeps Auic. posuit causas & naturam spiritus. In hoc tertio capite incipit tractare de immutabilibus ipsum. Connumerat passiones principales: quae consueverunt immutare spiritum cordis & ostendens a quibus causis intendatur & remittantur. Nam in hoc libro eius principale intentum est conseruare spiritus temperiem & eius affectibus consuhere. Quod facile quis essequetur: si cognouerit: qui sint affectus spiritui contingentes: & ex quibus causis dicti affectus intendantur & ex quibus remittantur. Hoc autem capitulum diuiditur in duas partes. In quarum prima connumerat passiones spiritus cordialis & simul ostendit propter quae intendatur & remittatur. In secunda parte assignat discrimen inter potentiam & dispositionem: ibi assignant etiam sapientes. In prima ponit duas conclusiones. Prima conclusio. Quae admodum censent tam philosophi quam medici. Gaudium & tristitia / & timor & ira sunt ex passionibus alterantibus spiritum cordis. Haec autem conclusio constat in auctoritate philosophorum & medicorum: nullaque inget probatione. Verumtamen est aduertendum: quod gaudium & tristitia & c. plura sortiuntur nomina. Nam appellantur passiones animae: ut ab Aristotele multis locis. Aliquam vero dicuntur animi affectus ut ab eodem: & haec duo nomina sortiuntur quia faciunt immutationem in animae principalibus virtutibus: easque impediunt a suis propriis operationibus. Aliquando vero appellantur cordis seu spiritus passiones: eo quod immutant tam cor quam spiritum. Cor quidem ipsum calefaciendo / aut infrigidando. & c. immutatio eius complexionem / aut substantiam

Primus.

aut eundem ad cor impellendo / aut a corde extrahendo. Aliquando appellantur animi accidentia. Quae ponuntur vna ex sex rebus non naturalibus corpori nostro necessario euenientibus: ut apparet tertio tegni / & primo de tuenda sanitate & secunda primi.

¶ Secundo aduertendum. Quod licet animi passiones non solum immutent animam. Sed etiam corpus: verumtamen ideo merentur dici animi passiones & non corporis: quoniam primo immutant animam: ex cuius immutatione deinde corpus immutatur. Quae admodum corporis passionis etiam animam sepe immutant: in non ideo dicuntur passiones animae. Hoc innuit Auic. in principio sexti naturalium ubi dixit Sonus / & vigilia / & egritudo / & sanitas sunt dispositiones corporis. Imaginatio vero / & concupiscentia. Ira / & huiusmodi principaliter sunt animae.

¶ Tertio aduertendum est. Quod passio ut censet philosophus. s. metaphisices dupliciter dicitur. Primo pro qualitate secundum quam contingit alterari: ut album / aut nigrum. Secundo pro re quae in natura agit & ab ea aliquid abicit continue / & hoc modo sumit Auic. in littera. Quare Aristoteles de passione sic sumpta. 6. topicorum sic inquit. Ois passio magis facta abicit a substantia. Hoc modo sumpta passio: ut colligi potest ex Galeno lib. 3. de morbo & synptomate differt a morbo quod morbus sit in facto esset: passio infieri. Et quod passio aliquando sit secundum naturam aliquam praeter naturam. Morbus semper praeter naturam. Differt etiam passio ab accidenti morbi siue synptomate: quod accidens semper est praeter naturam / & aliquam in motu / aliquando in habitu. Passio autem semper est in motu / & aliquam secundum naturam. Potest autem passio sic diffiniri. Passio est motus potentiae appetitiuae a cognitione obiecti causatus mouens potentiam ad aliquid praesens quaedam / vel reuendum. Motum dixi. i. qualitatiuam immutationem. Passio enim immutat virtutem appetitiuam vno sex speru motum. s. motu alteratiouis. Galenus loco allegato Pathos est motus circa materiam ab efficiete procedens & eodem loco. Motus vero rei quae afficitur pathema & pathos vocatur. Plato etiam ut idem Galenus refert sensuum altera actiones pathemata nominauit. Potentiae appetitiuae ponit ad differentiam aliarum potentiarum. Nam cum ex sententia philosophi. 2. de anima. Quinque sint animae potentiae / nutritiua / sensitua / appetitiua / loco motiua / & intellectiua. Passio solum ap-

Capitulum

petitūque accidit. Appetitua autē potētia est duplex: quēdā sensituaē conūta: de qua Aristoteles. 2. de aīa inquit. Quod & si sensitū iest & appetituum inest: & cui sensus inest: ei voluptas & dolor inest & preceptio iocūdi atq; molesti quib; aut hęc insunt. ea cupiditatem etiā habent. Altera est appetitua potētia intellectiuē siue rationali cōiūta. Quę voluntas appellatur. Itē appetitua sensituaē conūta est duplex. Quēdā conūta exteriori sensituaē. Quę est quintuplex. Altera cōiūta sensituaē interiori quę est duplex. Quędā dista cupiendi siue cōcupiscibilis. Altera vero dista irascibilis. Cuiusq; aut distarū potētiarū propriū est pati & nullatenus agere: & ideo earū motus dicuntur passionēs. Et licet cuius distarū potētiarū cōtigat proprię passionēs: tñ passionēs cōtingentes appetituaē sensituaē exteriori cōiūtaē potētias passionēs corporis q̄ ai dicuntur: vt voluptas & dolor. Plato etiā sensuū alterationēs appellat passioēs vt Gale. refert vocat etiā & voluptatē pathema. Pontur indiffinitione a cognitiōe obiecti causat; ad innuēdā eius efficientē causam: quę est cognitiō obiecti. Pontur p̄terea indiffinitione Mouēs potētia & c. ad innuēdā causam finalem passiois: finis em̄ p̄pter quē mouetur potētia est vt obiectum p̄sequatur aut reuatur. Motus indiffinitione est genus cetera cōstituit differentia differt a cognitionib; per id quod dicit potētia appetituaē: ab alijs appetituaē potētiaē actibus p̄ id quod dicit mouēs ad id p̄sequēdū aut refutandū volitiōes em̄ & nolitiōes nō mouēt potētia appetituaē in alios actus veluti passionēs.

¶ Quarto aduertendum est. Quod vt refert Aristoteles. j. de aīa. Oēs aīę affectus sunt Ira, māsuētudo, Timor, Misericordia, Cōfidentia, Gaudiū, Odium, atq; Amor. Quibus possumus adiungere Tristitia, Spem, atq; Verecundia. Hęc oēs passionēs habent ortū ex virtutibus irascibilis & concupiscibilis: & hñt pro obiecto bonum aut apparens bonū, aut malum aut appens malū. Ira em̄ & māsuētudo timor spes, Cōfidentia, & odiū sunt virtutis irascibilis passionēs. At Misericordia, Gaudiū, Amor, Tristitia sunt passionēs virtutis cōcupiscibilis. Habent pro obiecto bonum Gaudiū, Amor, & spes. Habent vero p̄ obiecto malū. Ira, Māsuētudo, Timor, Misericordia, Cōfidentia, Odium, Tristitia, & vererūdia

Tertium

fol. xxv.

Sed vt clarius. vnaq; distarū passionū nobis innotescat. Sigillatim earum naturam explicabimus. Iram diffiniuit Aristoteles secundo de aīa. Ira est feruor sanguinis circa cor Inirię vlciscendę desiderio exceptus. Idem libro secundo problematum inquit. Cū ira feruor cordi suffusi sanguinis sit: & problematum libro vigesimo septimo: inquit homini irascenti cor calore circumfusum effertur. Alia vero quōlibet theorices capite. 38. describit sic Irā. Ira est sanguinis cordis ebullitio naturalisq; motus caloris & ad exteriora exitus semel subito ad vlciscenda: quę nocent. Galenus etiā primo de differentijs febrium capite quarto. Iracundia quasi ebullitio quędam ac motus vehemens est irascētis facultatis in ipso corpore cordis residentis. Et secundo de accidenti & morbo. Ira est feruor caloris in corde existentis propter motū animę. Quę omnes irę diffinitiones sunt accidentales: accidit enim irascenti q̄ sanguis ferueat circa cor: & q̄ calor extra feratur. Essentialis tamen irę diffinitio sic assignari potest. Ira est passio animę ad vindictam appetendam mouens. Causatur autem ira hoc pacto cum virtuti imaginatiuę offertur aliquid nocuum: & cōfidit se posse illud superare virtus appetitua ei correspondens dista irascibilis, insurgit contradictum nocuum ipsum refutando: ad quē quidem motum virtutis irascibilis sequitur motus sanguinis & spiritus in corde existentis, & eiusdē feruor. Deinde virtute appetitua propulsationem obiecti appetente sanguis & spiritus mouetur a corde ad corporis partes extrinsecas. Nam virtutes inferiores. s. vitalis & naturalis obediunt virtutibus superioribus. s. animalibus vt imaginatiuę stimatiuę, & intellectiuę: & etiā appetituis eis respondentibus. Organū autem irascibilis virtutis ac concupiscibilis est cor fm̄ cōmuniorē sentētiam Philosophorū: & ideo in earum passionibus consequitur semper motus sanguinis & spiritus cordis. Quare in ira duplex est actus virtutis appetituaē. s. obiecti refutatio: et vindictę appetit; quorū vn; alterū consequitur: ab vtroq; autem causatur motus sanguinis & spiritus, virtute appetitua imperante: vitali autem ei obsequente. Mansuetudo est passio. Irę contraria: potest autem duobus modis summi. Primo pro vt est habitus quidam virtutis medius inter extrema hęc

Tractatus

Iracūdia & defectus in ira. q. noie pprio caret
¶ Secūdo sūmitur: pro vt est passio irē cōtra
ria pōt sic diffiniri. Māsuētudo est passio aīe
īpsam mouens ad īnīuriā illatā cōtēnendā. A
medicis mansuetudo nō cōnumerat inter aīe
passiones: qm̄ non vehemēter īmutat: velu
ti Ira ac alię passiones.

¶ **Timor & cōfidentia** sunt etiā passiones vīr
tutis irascibilis. Timorē diffinuit Plato in li.
de fortitudine. Metū siquidē futuri mali spe
ctationē vocamus: & Arist. 3. lib. Ethicorū In
quit. Quapropter & veteres metū diffiniētes
expectationē inquit esse mali. Alīabas vbi su
pra diffinit timorē. Timor est naturalis īgres
sus caloris ad interiora corporis: propter aīe
ab aliquo nocenti fugam. Hæc tamen diffini
tio est accidentalī: quę est platonis est essen
tialior. Quę est sic intelligenda. Timor est pas
sio aīe qua futurum malum spectatur. Obie
ctū em̄ timoris est malū futurū: & hoc differt
a tristitia cuius obiectum est malum presens.
In timore vt refert Alīabas calor recipit ad
interiora corporis. Nam cū imaginatiua pre
sentet malum appetitiuę virtutis: & ipsa malū
refutet: virtus vitalis appetitiuę obsequens
pellit sanguinem & spiritum ad corporis inte
riora. Quare timentes & pallent: & tremunt
& quandoq; sitiunt: & qñq; solunt ventre: &
eorum vrina prouocatur. Quorū causas ex
plicuit Arist. in pbleumatibus. Libro em̄. 27.
probleumatum. j. probleumate. Querens cur
tremunt qui metuunt. Respondet: An prop
refrigerationem deficit em̄ calor: atq; cōtra
hitur: & subdit ex q̄ alius quoq; pleriq; ob ti
morē effundi solitus est. Idem. 2. probleuma
te eiusdem libri. Querens. Cur metuentes nō
nulli sitiunt: & qui sunt tormenta adituri. Et
afferens obiectiōnē inquit. Cum enim per ti
morem refrigerentur: sitire minime debebāt.
Postea respondens inquit. An non eodē lo
co refrigerantur: & calent. Sed refrigerantur
per summa corporis: vnde calor discedit: ca
lent per intima: caloris .s. introrsus contracti
efficientia. Cuius rei inditium alui quoq; solu
tio facit. Sitis autē parte quadam interiore sic
cata solet accidere. Et subdit: non aliter agi vī
detur: q̄ his quos empīala exercet. Vbi aduer
te: q̄ receptio caloris ad interiora aliter fit in
timore: aliter vero in tristitia. In timore enim
fit subito: ī tristitia paulatīne: hoc sensit. Auic.

Primus.

secunda Fen. primī doctrina. 2. summa prima
capite decimotertio. vbi inquit: motus vero
ac interiora aut est subito: sicut cum timor ad
est: aut est leuiter et paulatim: sicut cū adest tri
stitia. idem sensit Gal. quinto. de morbo. Etiā
aduerte: q̄ licet in ira & timore sanguis & spi
ritus recipiantur subito ad interiora: tamē in
alia loca recipiuntur in ira q̄ in timore. In ira
recipiuntur ad spiritalia: & ideo statim feruēt:
& sursum feruntur. In timore vero recipiuntur
in membris naturalibus: & ideo deorsum
feruntur. Quod sensit Aristoteles pbleumate
tertio predicti libri: vbi querēs cur homīes
cum ex candescunt calore. .s. introrsum colle
cto: feruidi fidibundiq; sunt: cum metuūt cō
tra efficiunt. Et respondens ait. An non in eū
dem locū calor se colligit. Sed homini irascē
ti cor calore circūfusum efferuet: ex quo fidis
bundus spirabundus efficitur. Cum calor sur
sum versus se efferat. Metuenti sanguis & ca
lor in imū profugiunt: vnde fit etiā: vt alius
fundatur: hæc Aristote. Quo autem passio &
alius soluatur & vrina eorum moueatur: de
clarat idem Aristoteles probleumate decimo
eiusdem particulæ. Calor enim qui ad mēbra
naturalia descendit: dissoluit superflua in sto
macho & intestinis ac epate detēta: & incitat
virtutem expulsuam ad ea expellenda: mon
strat id exemplo eorum: quę soluunt ventrē:
& mouent vrinam: quę omnia calida sunt.

¶ **Cōfidentia** opponitur timori: veluti lon
go sermone probat Arist. ethicorum tertio.
Constituit enim fortitudinem medium inter
metum & cōfidentiam. Vbi aduertendum.
Cōfidentia posse summi: dupliciter. Primo
pro habitu viciōso. Secundo pro animæ pas
sione. Et potest diffiniri. Cōfidentia est ani
mę passio mouens ad futura mala cōtēnen
da. Medici non cōnumerat cōfidentia in
ter animę passiones: qm̄ non vehemēter īmu
tat. Solū modo em̄ curant de passionib;: quę
notabilem possunt facere mutationem aut ad
morbū aut ad sanitatem.

¶ **Odiū** etiam est passio virtutis irascibilis:
& differt ab ira vt intensum a remisso: est em̄
ira inueterata: estq; animæ passio mouens ad
vindictam in absentia obiecti. de quo inquit.
Auic. capite. 8. huius primī tractatus. Sicut
ira est motus ad vindictā nō valde fortis. Sic
odiū est pseuerātia formę nociuī ī imagiatio
ne seu fantasia: & pseuerātia siml' imagiatio

affectus ad vindictam sumendam ex eo hæc
Aulc. quo in loco ampli⁹ declarabim⁹ naturā
odij seu rancoris. Verūm est aduertēdū q̄ all
quando odiū sumitur p̄ vt est passio cōtraria
amori & tūc est passio virtutis cōcupiscibilis
& nō irascibilis: & tūc ē alieni mali desiderū.
¶ Spes etiā est passio virtutis irascibilis: et est
futuri boni spectatio: hoc est passio aīam mo
uēs ad futurū bonū spectādū. In ip̄a sanguis
& spūs mouentur ad corp̄s exteriora subito
virtute vitali obsequente appetitiū ad prose
cutionem obiecti.

¶ Verecūdia est passio virtutis etiā irascibilis
media inter cōfidētiā & metū: nā qui verecū
datur: neq; plane metuit / neq; plane cōfidit.
Sed hesitare videt: an timeat an potius confi
dat. Quare fit calor ingressus in corp̄s ite
riora simulq; egress⁹ subito: vt refert Altabas
vbi supra. & Gale. §. de morbo. Verūm calor
non petit corp̄s inferiora vt in metu: sed in
ip̄a mēbra spūalia. Quare statim extra egredit
& rubēt facie & aurib⁹: vt refert Arist. 11. lib.
probleumatū probleumate. 32. et. §3. & lib. 31.
probleumate. 3. vbi etiā sentit pudorem quasi
quēdā timorē esse. idē etiā sentit Plato. li. 1. de
legū latrone vbi inquit. Metuimus quoq; se
penūero existimationē: cū formidam⁹ ne dis
cedo: aut faciēdo aliquid min⁹ honestū mali
videamur: quē quidē timorē nos imo oēs vt
arbitror pudorē appellam⁹. Visa natura pas
sionū virtuti concupiscibili euenientium: trā
seamus ad passiones virtutis concupiscibilis:
quas dixim⁹ esse Misericordiam & Gaudiū
Amorem & tristitiā.

¶ Misericordia est tristitia q̄dā de alieno ma
lo: & pōt diffiniri. Misericordia est passio aīæ
mouens ad compatiendū alieno malo. Hæc
presertim tribuitur rationalibus. Ipsa nō con
numeratur a medicis inter animæ passiones:
quia non notabiliter immutat.

¶ Gaudium diffinit Altabas vbi supra. Gau
diū naturalis est exitus caloris ad corp̄s ex
teriora eiusq; diffusio paulatim facta. quę dif
finitio est accidentalis. Essentialis aut diffini
tio talis assignari pōt. Gaudium est passio aīę
mouēs ad p̄ntis boni prosecutionē. Obiectū
em̄ gaudiū est bonū p̄ns. Motus autē caloris
ad exteriora fit a virtute vitali obsequenti im
perio virtutis cōcupiscibilis. Differt gaudiū
ab spe: quo tristitia a timore. Nonnulli ponunt
discrimen inter gaudium & letitiam: dicentes

gaudiū opponi dolori: letitiam vero tristitię
Verūtamē tam Philosophi q̄ medici sumunt
in eadē significatiōe. s. pro vt est passio cōcu
piscibilis virtutis tristitię opposita.

¶ Aduertēdū est: q̄ licet in gaudio calor pau
latim extraferat: i ira vero subito nihilomin⁹
Si gaudiū sit vehemēs: multo maior fit resolu
tio q̄ in ira: eo q̄ in gaudio vehementi dilata
tur nimis cor: ac mittit sanguinē & spiritū ad
extrinsecas partes corp̄s quandoq; in tan
ta quantitate vt vacuū remaneat. Quare mul
ti mortui sunt gaudio vt censet Galen⁹. §. de
accidēti & morbo. Id aut nō cōtingit. In ira
quātūcūq; vehementi: quā virtus appetitiua
in ira non prosequitur obiectū: neq; afficitur
erga illud: qui potius: reffurat: quare cor non
exilarat: neq; mittit ampli⁹ sanguinis & spūs
ad membra extrinseca: q̄ opus sit pro obiecti
propulsatione: quāmo retinet ampli⁹ q̄ mit
tat ad vires roborandas. Veluti se habet gau
diū ad iram: sic se habet timor ad tristitiā.
Nam multa maior fit suffocatio caloris itimo
re vehementi q̄ in vehemēti tristitia: quare ex
timore multi mortui sunt: vt etiā patet apud
Galenum. §. de accidenti & morbo. & apud
Aristotelem libro de vita morte vbi inquit &
enim metuentibus partes superiores refrige
rantur. Calor autem defugiens seq; cōtrahēs
motum facit vbi in angustum adco compelo
litur vt aīantes in totum p̄ metu extinguant.

¶ Amorem diffinit Plato. In conuulso siue lib.
de amore. Amor est appetitio: qua bonū sibi
quisq; semper ad esse desiderat. Quę quidem
diffinitio optime vī amoris exprimit. Amor
enim nihil aliud est q̄ desiderium boni siue ve
re boni siue aparētis: quod nobis cōiunctū
esse cupimus.
¶ Duplex autem est amor. Quidam honest⁹
cuius obiectum est vere bonum. Alter inhon
nestus: cuius obiectum est bonum delectabi
le tātum: non vere bonum: sed tātū apparēs.

¶ Tristitiā diffiniuit Altabas vbi supra. Tristi
tia naturalis est calor ingressus ad corp̄s
interiora paulatim: quę diffinitio est acciden
talis. Essentialis eius diffinitio talis assignari
potest. Tristitia est passio aīæ mouens ad pres
sentis mali fugam eius enim obiectum vt dis
ctum est est malum presens.

(Et Quod quelibet passionum intenditur &
remittitur & cætera.) Secunda cōclusio: quā
ponit Aulc. est: quelibet dictarum passionum

Intenditur & remittitur non solum propter agentis maiorem aut minorem actiuitatem. Sed etiam propter intentionem & remissionem dispositionis in substantia patienti. Et intelligit per substantiam patientem spiritum: anima enim disponitur ad spiritus dispositionem: propterea quod spiritus est anima instrumentum in suis operationibus: anima enim non agit sine instrumento per statum isto. Conclusio autem patet: nam cum actus actiuorum non sint nisi in patienti bene disposito: sequitur necessario: quod intentio & remissio actuum sequatur ad intentionem & remissionem dispositionis patientis. Quae autem sint causae disponentes spiritum ad passionum productionem & earundem intentionem & remissionem infra ostendetur.

TEXTVS.



Signant etiam sapientes subtiliter differentiam inter potentiam & dispositionem: dicentes: quod potentia respicit utrumque contrariorum equaliter: dispositio vero non. Quamuis autem gaudere & tristiari possit etiam homo. Nihilominus aliquis est tantum ad letitiam dispositus aliquis vero ad tristitiam tantum. Et simile iudicium est de timore & ira & ceteris passionibus. Est igitur esse & ratio spiritus gaudetis aut tristantis in potentia: aliud esse ab esse & ratione spiritus dispositi ad alterum predictorum. Videtur etiam quod dispositio sit perfectio respectu alterius oppositorum. Ex quo patet: quod si spiritui conueniat: in quantum inest ei potentia: tristiari vel gaudere indifferenter alterutrum. Non tamen ei conuenit ex parte dispositionis ipsius indifferenter alterutrum. Rursum etiam ex hoc patet: quod potentia ad haec duo inseparabiliter inheret spiritui: ex generatione. Dispositio vero quae ipsum ad alterum oppositorum inclinat: non inseparabiliter ex generatione inheret ei. Sed accidere potest ex superuenientibus causis.

Commentaria.

In hac secunda parte princeps Aulic. assignat discrimen inter potentiam & dispositionem: & facit duo. Primo ponit discrimen. Secundo infert duo corollaria. Inquit igitur: quod sapientes assignantes differentiam inter potentiam & dispositionem dicunt: quod potentia respicit equaliter utrumque contrariorum: dispositio vero non sed unum tantum: quo autem pacto potentia respiciat utrumque contrariorum dispositio non: ostendit dicens. quod quilibet homo possit indifferenter gaudere & tristiari: non tamen quilibet homo est dispositus ad tristitiam & gaudium indifferenter. Sed aliquis est tantum dispositus ad gaudium: aliquis tantum ad tristitiam: & eodem modo est intelligendum de alijs passionibus contrarijs. Ex quibus concludit: quod aliud denotatur cum dicimus spiritus potens gaudere aut tristiari. Aliud vero cum dicimus ipse dispositus ad gaudium aut tristitiam. Quod autem aliud denotetur: ostendit dicens. Quam cum dicimus spiritus dispositus ad gaudium aut tristitiam: significamus perfectionem aliquam potentiae super additam: qua perfectione mediante spiritus respicit magis unum contrariorum quam alterum. Nam dispositio est aliquid rei superadditum: sine quo res etiam diceretur potentia. Ita quod dispositio & potentia differre videtur ut perfectum & imperfectum & positium & priuatum: nam dispositio ponit perfectionem potentia nullam ponit perfectionem. Ex dictis infert duo corollaria. Primum licet ipsi spiritui ex parte potentiae indifferenter conueniat alterutrum: hoc est utrumque contrariorum. scilicet tristiari & gaudere: tamen ipsi spiritui non competit utrumque contrariorum ex parte dispositionis: hoc est: quod quilibet ois spiritus dicatur habere potentiam ad gaudium & tristitiam: non tamen dicitur habere dispositionem ad utrumque: hoc corollarium patet ex dictis. Secundum corollarium: quod licet potentia conuenit inseparabiliter ex generatione ipsi spiritui ad utrumque contrariorum. Tamen dispositio non conuenit ei inseparabiliter ex generatione: sed accidere potest ex causis superuenientibus: hoc etiam corollarium patet ex dictis.

Pro huiusmodi litterae lucidiori intellectu est videndum: quid per potentiam: & quod per dispositionem sit intelligendum: & quo inter se differant. Potentiam consueuerunt tam Philosophi quam medici appellare. Rei aptitudinem siue naturalem inclinationem ad aliquid

Capitulum

vt Galenus refert libro tertio. de temperamē
tis. Quod quale dicitur tale nondum est sed
potest tale esse id esse potestate dicimus. Du-
plex autem est potentia. Quædā dicta prima
siue remota & materialis: multū distās ab actu.
Qualis est materiæ primæ ad quæcūq; formā
recipiendā. Altera est dicta secūda: quæ est for-
ma dās esse rei: de qua Aristo. 2. phisicorū na-
tura est actus entis in potentia: & hæc dicitur
actus primus. Auic. aut. 2. fen. primi capite de
eo quod comeditur & bibitur. Distat poten-
tiā in remotā, propinquā, & mediā. Remotam
appellat veluti medicinæ calidæ aut frigidæ: quæ
cū transmutatæ fuerit imprimunt caliditatem &
frigiditatem: ante autem nō. Propinquā potentiā
appellat eā: quæ nō indiget transmutatione ad
hoc vt in actū reducat: vt est potētia napel-
li: & veneni serpentū in interficiendo. Mediā
appellat potentiā: quæ nō multa indiget trans-
mutatione: vt in actū reducat. vt est medici-
narū venenosarum. vbi Auicenna sumpsit.
Potētia pro vt est vna de spēbus qualitatis. s.
naturalis potentia & dicit qualitatiuā inhesio-
nem. Itā vt videatur comprehendī sub potē-
tia. 2. modo sumpta. Hic vero sumit potentiā
paptitudine ad alterū oppositorū: quæ potētia
est nimis remota ab actu: & ē priō mō sumpta.
Galenus quæ 3. de tēpamē. tres assignat mo-
dos piāte talis primū ei quod luopie natura
ad absolute nē venit. Secūdū modū ait esse
eorū quæ cōtinētes materiæ sunt. Materiæ autē
quædā proximiores vt sanguis qui potestate ca-
ro est: quædā remotiores vt cibi: qui lōge dis-
tant a carne. Maxime vero distant elementa.
Tertius est modus potestate talis qui ex aduer-
so opponitur rei quæ ex accidētī dicitur quo
modo dicimur quæ frigidā ex accidētī & non
potestate calefacere si fundat extra in iuue-
ne carnoso. Dispositio autē dicit qualitatiuā
inhesionē actui propinquā: & videtur cōtine-
ri sub potētia. 2. mō sumpta: sicut dicit. Ignē
esse dispositum ad comburendū: eo quod ei inest
caliditas combustiuā. paleas vero & stupā es-
se disposita ad combustionem: eo quod eis inest
succitas disponens ad hoc: vt facile cōburan-
tur. Ex his constat discrimen inter potentiam
et dispositionem dispositio enim est actus qui-
dam primus: siue potentia secunda actui pro-
pinqua: atq; posituum quiddam. Potētia ve-
ro tantum habitudo quædā ad actum: & qua-
si actus priuatio.

Quartum.

Fol. xxvij.

TEXTVS.

De gaudio & causis intrin-
secis delectationis & tristi-
tiae & eorum diuer-
sitate Cap. iij.



Audiū est delectatio quædā
oīs autē delectatio est appre-
hensio aduētus propriæ per-
fectionis ab aliqua virtute
apprehensiuā. Sicut in sensibus appre-
hensio dulcis: & sapidī gustui: & appre-
hensio victoriæ irascitiuæ virtuti: & per-
ceptio alicuius vtilis contingentis exi-
stimatiuæ & opinatiuæ virtuti. Omnis
autē perfectio seu etiā delectatio est na-
turalis alicui virtuti: & ecōuerso. Oīs
nāq; pfectio naturalis alicui virtuti est
naturalis delectatio ei.

Commentaria.

Post princeps Ausce. in superiori
capite cōmemorauit principales pas-
siones spiritum immutantes: & dis-
crimen inter potentiam & dispositionem. In
hoc capite consequenter per tractat de causis
gaudij: & tristitiæ intrinsecis: hoc est de cau-
sis disponentibus spiritum ad gaudium & tri-
stitiam: acturus in sequentibus de extrinsecis
dictarum passionum causis. Diuiditur hoc ca-
pitulum in duas partes. In quarum prima no-
tificat gaudium: & simul ostendit quo pacto
quævis potentia delectetur incōuenientis si-
bi obiecti apprehensioe. In secūda cōmemo-
rat causas intrinsecas gaudij & tristitiæ: ibi cau-
sa vero dispositiois. In prima parte duo facit:
Primo quod dictū est: Secūdo obijcit cōtra-
dicta: in sequenti textu: qui incipit. Forsitam
autē &c. Pōnit igitur primo hanc propositio-
nē. Gaudium est delectatio quædam: hæc autē
non est gaudij definitio: sed notificatio quæ-
dā per vniuersaliora: velut si quis hominē no-
tificaret sic: hō est aīal quoddā. Delectatio est
genus & ad delitiā & ad gaudium: & ad oīm
cōuenientis perceptionē. Deinde Auic. diffinit
delectationē dicens: delectatio est apprehensio

Tractatus

proprie perfectionis ab aliqua virtute apprehensiva: & subintelligenda est aut appetitiva. Nam non solum virtutes comprehensivae delectantur in apprehensione priorum & convenientium oblectorum sed etiam appetitivae. Immo delectatio proprie loquendo est accidens virtutis appetitivae: & non cognitivae: nisi sumamur large delectationem. Et exemplificat tam in delectationibus sensuum exteriorum quam sensuum interiorum. In sensibus enim exterioribus apprehensio dulcis convenientis appetitivae gustativae conjunctae est delectatio. In interioribus autem apprehensio victoriae est delectatio virtutis irascibilis etiam apprehensio rei desideratae est delectatio virtutis concupiscibilis.

¶ Sed advertendum est Proclus in intellectu: quod propria perfectio cuiusvis potentiae est actus aut passio: ad quae praesertim dicta potentia est ordinata: velut dicimus visus propriam perfectionem esse intueri visibilia visum non corruptibile: etiam tactus propriam perfectionem esse tactui convenientia tangibilia tangere: & ipsum non exterminantia. Etiam propriam perfectionem virtutis imaginativae dicimus esse imaginari. Intellectivae vero intelligere: concupiscibilis vero cupere: irascibilis vero irasci. Verum Avicenna in littera solummodo appellat propriam perfectionem eam operationem potentiae ex qua potentia delectatur: ut perceptio dulcis gustui & aromatici olfactui &c. & in appetitivis superioribus: ut consecutionis rei ex optate perceptio: & perceptio victoriae optatae & similia (Opinativae virtuti). i. rationali. Opinio enim: quae est assensus verus cum formidine de opposito: est actus voluntatis. (Ois autem perfectio &c.) consequenter princeps Avicenna declarat amplius quid intelligat per propriam perfectionem potentiae: quoniam dixerat diffiniens delectationem: quod est apprehensio propriae perfectionis. Ponit igitur tale conclusionem. Ois delectatio est perfectio naturalis alicui virtuti. & e converso. Ois perfectio naturalis alicui virtuti est delectatio eadem quae si dicat. Perfectio naturalis virtutis alicuius est id in quo virtus delectatur ita quod perfectio naturalis & delectatio naturalis potentiae non differunt re: quibus ratione differant.

¶ Circa hanc litteram est advertendum. Quod delectatio est nomen compositum sub se comprehendens delectationem: sive voluptatem quae est sensibilem convenientium sensibus exterioribus perceptio: & gaudium & ceteras delectationes virtutum concupiscibilis & irascibilis: ut amoris & ambitio-

Primus.

nem: victoriae perceptionem & alias. Dolor autem & tristitia ceteraeque passiones delectationibus contrariae nullum habent nomen compositum delectationi contrarium eas significans: & propterea Avicenna non potuit notificare tristitiam: sicut notificavit gaudium per quoddam compositum nomen. Nihilominus tamen intellexit tristitiam opposito modo se habere ad gaudium & esse quandam rei indelectabilis perceptionem: sive rei inconvenientis apprehensionem: velut refert Galenus 2. affectuum locorum. Quippe ut dolor tristis est sensus. Ita voluptas blandus est sensus: & proprie: ut supra expositum est: gaudium & tristitia non sunt perceptiones: aut apprehensiones sed potius passiones ex apprehensionibus causatae.

TEXTVS.



Orsitam autem contingit in aliquibus virtutibus: quod non omnino delectatur nisi apud separationem dispositionis in naturalis. Propter quod etiam quidam opinantur: quod delectatio sit exitus a dispositione in naturali. Fixio namque in dispositione vel habitu naturali non est delectatio. Hic autem error incidit: quia quod est per accidens: accipitur ut per se. In elenchis enim ostensum est: quoniam haec est una fallacia rerum. Delectatio vero huiusmodi: quantum ad propositum spectat est: quoniam nullum apprehendens aliquid apprehendit nisi apud alterationem. Sicut in tactu patet. Tangibilis enim qualitas tam diu delectat quam diu membrum tactivum permanet contrariae qualitatis: & patitur ab alterante qualitate. Quoniam ergo fuerit passus ab ea sufficienter: efficietur qualitas complexio membri: & ideo non delectatur ab ea. Cum omnis delectatio cum quadam alteratione persistat. Et nihil alteratur a semetipso. Similiter in contraria. Non leditur quidam ethicus calore: qui fortior est: quam sit

Capitulum

in acute febrantibus. Acute tñ febricitans leditur calore: qui fm veritatē est citra illum. Et hoc quia calor in ethico est collocatus seu habituatus in membris: ac si esset eorum complexio, iacutavero febre est quasivolitās supra ipā: & timetur a complexione mēbrorum. Medici etiam proprio nomine vocant qualitatem iherentē membris: sicut in æthica malā complexionem equalem. Quæ autem se habet sicut in causone: proprie vocāt malam complexionē diuersam. Iā igitur ex his relinquitur manifestum: q̄ causa: propter quā delectatio cessat postq̄ habituatē fuerint perfectiones sensibiles: est priuatio apprehensionis introitus ipsarum. Et q̄ causa delectationis apud principium exitus a dispositione in naturali: est apprehensio introit⁹ dispositionis naturalis cū exitu a dispositōe in naturali: contigit vt sit delectatio cum exitu illo. Et id circo putat quod dictū est. Sed nō est ita. Sed causa est introit⁹ perfectionis sensu perceptæ: & nō aliud: hoc em̄ est causa delectationis per se.

Commentaria.



N hac parte Auic. obiicit contra dicta: dixerat em̄ delectationē esse apprehensionem proprie perfectionis: siue naturalis dispositionis: vt in gustu apprehensio sapidi &c. Contra quæ instat dicens: q̄ videtur hoc nō semper tenere verum. Nam aliquibus virtutibus contingit: q̄ nō delectetur nisi apud separationem dispositionis in naturalis: igitur non semper delectatio fit propter perceptionem naturalis perfectionis: antecedens patet nam sepe si doleat aliquod membrum dolore cessante membrū delectatur. Deinde recitat quandam falsam opinionē dicens: q̄ propter dictam rationem quidam opinantur: q̄ delectatio fiat propter exitū a dispositione in naturali: & pro corroboranda dicta opinione faciunt talem persuasionem. Fixio in dispositio

Tertium. fol. xxviii.

ne naturali nō est delectatio igitur delectatio non est apprehensio proprie perfectionis siue naturalis dispositionis consequentē illius talis potest esse probatio. Nā si apprehensio naturalis dispositionis esset delectatio: fixio illi⁹ multo magis deberet esse delectatio. Tunc vltra delectatio non est apprehensio naturalis dispositionis igitur est exit⁹ ab in naturali dispositione. Qui autem fuerint qui hoc opinati sint non exprimit Auic. verū existimādum est fuisse aliquos sui temporis Philosophos. (Hic autem error incidit:) Hic Auic. improbat dictam positionem: & respondet eius persuasioni: & simul satisfacit obiectioni adducte contra supra dicta. Primo igitur reprobat dictam opinionem dicens. Hic autem error incidit: hoc est dicti opinantes errauere dicentes: q̄ delectatio fiat propter separationē dispositionis in naturalis: quia existimauerunt id quod est per accidens, esse per se. hoc est existimantes id quod per accidens est causa delectationis per se esse causam delectationis. vbi dicit committit fallaciam .s. fallaciam equiuocatiōis. Ac si sic arguerent. ad separationē dispositionis in naturalis sequitur siue causatur delectatio igitur separatio dispositionis in naturalis est causa delectationis: nam equiuocatur de causa: alic em̄ est verum in hoc sensu: ad separationē dispositionis in naturalis per accidens causatur delectatio. In consequente autem causa sumitur pro causa per se: nam causa est terminus analogus: dicitur proprie de causa per se: improprie & cū addito de causa per accidens. Analogum autem per se sumptum stat pro famosiori significato. Quare consequentia erit nulla: equiuocatur em̄ de causa: q̄ si non equiuocetur: consequentia erit bona: sed sicut consequens est falsum: ita & añs: hæc em̄ est falsa: ad separationem dispositionis in naturalis causatur delectatio si li causatur sumatur i famosiori significato. .s. pro causari per se: nam separatio illa dispositionis in naturalis non est causa per se: immo per accidens: siue sine qua nō vt infra ostendet Auic. (Delectatio vero huiusmodi &c.) In hac parte Auic. rñdet persuasiōi quæ faciebat dicta opinio: et ostendit q̄ licet fixio in dispositione naturali nō causet delectationē: non tamen inde sequitur: q̄ exit⁹ a dispositione in naturali sit causa delectatiōis: velut opinio illa arguebat. Et monstrat causam quare fixio alicuius dispositionis non causet altera

Tractatus

Primus.

monem: & non modo id monstrat in qualitatibus sensui cōuenientibus: Sed etiam in contrarijs. Itaq; ostendit non esse incōueniens: q̄ aliqua dispositio sit in aliqua potentia sensitua: & in ipsa nihil sentiat. Et pro huius rei ostensione presupponit: q̄ nulla virtus apprehensua apprehēdit rem: nisi ea faciat alterationem in dicta virtute. Et exemplificat in sensu tactus. Tandiu em̄ tangibilis qualitas percipit: & delectat sensum tactus: q̄dū est sensus tactus alteratiua, ac imutatiua. Cū ei inter ipsas & sensum tactus cessat actio & passio: tūc nō sentitur, neq; delectat. Cessat aut̄ alteratio: q̄n dicta qualitas sufficienter egerit in sensum tactus: hoc est habituata fuerit in illo: nā tūc efficitur ipsi membro cōnaturalis, & quasi cōplexio naturalis mēbrī. A naturali aut̄ cōplexione mēbrī non patitur ipsummet. quia nihil patitur a se ipso: nā cū complexio membri sensibilis sit quæ sentit: si ipsa sentiret se ipsam: idē pateretur a seipso. Ex dicta igitur suppositione concluditur: q̄ non est incōueniens: q̄ aliqua dispositio sit in aliqua potentia seu virtute sensitua: & ipsa nihil sentiat: & hoc maxime quādo dicta dispositio est fixa, ac habituata in dicta potentia sensitua. (Delectatio vero huiusmodi quantum ad propositū spectat est:) hoc est delectatio de qua proposuimus a principio hoc modo causatur. (Quā nullum apprehendens). i. nulla virtus apprehensua: (Membri tactuum manet contrariet̄ qualitatis:) hoc est membrū: in quo est virtus tactua nōdū habet dispositionem in eo fixā ac habituata. Nā q̄dū dispositio quæ est in membro non est habituata: membrū dicitur habere cōtrariam qualitatem suę cōplexionis: actio em̄ fit a contrarietate quadā: quæ est inter agens & passum: quæ quidē cōtrarietas cessat cū dispositio est habituata, & fixa. (Similiter & cōtraria: nō leditur quidā ethicus & c.) In hac parte princeps Auic. ostendit quod dixerat. s. q̄ non sit incōueniens: q̄ aliqua dispositio sit in aliqua potētia sensitua. Ipsa potentia nihil sentiente, etiam tenere verū in dispositionib; quæ sunt disconueniētes potētiae: sicut probauit in dispositionibus conueniētib; . Et id ostendit exemplo patientis ethicam febrem. Ethicus em̄ non patitur a calore qui est intensior q̄ causonizātis calor. Causonizans autē dolet propter calorem minorem, & remissorem calore ethici. Cuius rei causa est: quia calor ethi-

ci est, iam fixus & habituatus membrīs: ac si esset corū cōplexio naturalis, & ratione sua habitationis nullam efficit in ipsis membrīs alterationē. (In acute febrilibus calor est quasi volitans:) hoc est nōdū est fixus. (Et timeatur ab ipsa complexione mēbrorum:) hoc est inter ipsum & cōplexionē mēbrorū est repugnantia: ppter quā membra sentiunt ipm̄ & dolent. vbi timeatur summis trāstatis p̄ recusat: quia affert tristē sensationē. (Medici autē p̄prio nomine vocāt & c.) Hic Auic. data sibi occasione ostendit quo pacto a medicis appelletur dispositio virtuti sensitue disconueniens habituata: & etiā nō habituata dicens: q̄ medici cōsueuerunt appellare qualitatem fixam in mēbris sicut in ethica malam cōplexionem equalē. Et qualitatem non fixam sicut i causonizātē, malā cōplexionem diuersam. (Iam igitur ex his & c.) In hac parte princeps Auic. concludit ex dictis duo: primū: q̄ ex dictis relinquatur manifestū: q̄ causa propter quā delectatio cessat quando dispositiones sensibiles sensui cōueniētes sunt habituatae, & fixae: est priuatio apprehensionis introitus ipsarū: hoc est quia cessat alteratio inter ipsas & sensum, ratione fixationis. fm̄ quod concludit est: q̄ causa propter quā contingit: q̄ membrū delectetur cū exit a dispositione in naturali: est introductio dispositionis alius naturalis in mēbro. Sed opinātes, q̄ exitus a dispositione in naturali sit causa delectationis: id existimāt: quia vident delectationē fieri in exitu illo. verū in exitu nō est causa: sed introductio dispositionis cōueniētis est causa talis delectationis per se: exitus vero est tantum causa per accidēs: causa autem per accidens nō est causa: vt dictum est.

¶ Circa huius l̄ḡ intellectū insurgūt dubia. ¶ Primum An exitus a dispositione in naturali sit causa per se delectationis. ¶ Secundum An aliqua sensibilis qualitas possit tantū imprimi in aliqua potentia sensitua: q̄ amplius non sentiat. ¶ Tertium dubium. Quare mala cōplexio equalis non est doloris causatiua: mala vero diuersa est doloris causatiua.

¶ Ratione primi est aduertēdū. Quod vt colligitur ex dictis Aristotelis. 2. Phisicorū. Causa est duplex. Quedā per se, quedam per accidens. Causam per se cōsueuerūt Philosophi eā dicere: quæ continet in se productiuū principium effectus: vt ignē dicimus causam per se

Capitulum

calefactionis. Causam per accidens eā dicunt: quæ nullū cōtinet principium productiuum effectus. Sed agit in alterius virtute. Sicut dicimus aquā esse causam caloris in calce producti: quia nullum est in aqua principium caloris productiuum: sed ipsum producit in virtute alterius. s. ignis potentialis latentis in calce. Galenus. 3. de morbo significat aut per se idē quod primo: per accidens: idem quod. 2. vt si quis plures calculos ordine disponat, digitoq; primū impellat. Primū quidem per se mouebit: Secundū per accidens: similiter & Tertium & Quartum & deinceps reliquos. Hoc premisso. Respōdetur ad dubiū. Quod exitus a dispositione in naturali: nullaten⁹ potest esse causa delectationis: nā i exitu a dispositione in naturali nullū cōperiri potest productiuū principium delectationis: cum delectatio sit quid positiuum: exitus vero a dispositione in naturali est priuatio quæ dā. Quod si delectatio aparet in tali exitu a dispositione in naturali: nō aliū de est: nisi aut ppter nouā introductionem dispositionis naturalis: aut propter dispositionē naturālē p̄existentē: quæ ante impediabatur a dispositione in naturali: ne ageret: dispositione aut in naturali abeunte agit: & per se causat delectationē. Verūtamen plerūq; noua naturalis dispositio introducitur dispositione in naturali abeunte: qm̄ causæ expellētes dispositionē in naturālē sunt productiuę dispositionis naturalis. fit enim contrarium a contratio.

¶ Ratione secundū dubij est aduertendum: qd aliud est iudiciū de cognitiuis potētijs aliud de appetitiuis: nam cognitiuę potētię sunt magis actiuę: appetitiuę vero magis passiuę: quare citius figuntur & habituātur dispositiones appetitiuarū q̄ cognitiuarū. Nam circa passiones maximā vī habet consuetudo: velut refert princeps Auic. 4. primi: ab eo em̄ quod consuetum est non fit passio. Idē sentit Alexād. aphrodiseus primo probleumatū pbleumate. 37. vbi inquit. Iuuat em̄ plurimum ad resistendum consuetudo. Et Aristoteles libro. 28. probleumatū pbleumate. 1. Consuetudo res magna cuiq; est. Iam em̄ in naturæ habitū ferme absoluitur. Et licet circa passiones fixio & habituatio maiorem vī habeat q̄ circa cognitiones: nihilomin⁹ in & in cognitionibus magnam vīm obtinet: nam cū figuntur & habituantur in potentia nō mouēt po-

Quartum. fol. xxix.

tentiam. Vt patet experientia in cōsuetis aut multum sufferre frig⁹ aut multā caliditatem qui non mouentur: neq; a frigore: neq; a caliditate. Etiam in his qui assueti sunt malis aut bonis odoribus: qui a nullo illorum mouentur. De appetitiuis innumera sunt exempla. Non em̄ delectatur tactus in nimis consuetis tangibilibus: neq; gustus in nimis consuetis saporibus: neq; ceteri sensus in suis sensibilibus consuetis. Neq; delectatur concupiscibilis neq; irascibilis in assuetis obiectis delectabilibus. Eodem modo exēplificate possumus in qualitatibus discōuenientibus potentis. Non em̄ dolent sensus propter obiectorū cōsuetorū presentia q̄ tūcūq; sint doloris causatiua. Hoc aut sensit hyppo. teste Galeno. 5. de morbo dicens. Illi quorum natura mutatur corrūpiturq; dolore afficiuntur. Nō quorū sã mutata aut corrupta est. ¶ Horū aut oim̄ precipua causa est: qm̄ qualitates sensibiles siue sint actiones siue passiōes per morā: quā in potētia faciūt efficiūtur cōnaturales potētię: & permutant cōplexiones membrorū in suā naturā. Cūq; ab his quę sunt eiusdem nature cū complexione mēbri nulla sequatur in mēbro alteratio. Sequitur necessario qd qualitates sensibiles quę figunt in potentia non alterant potētiā. Et sic patet responsio ad dubiū. s. Quod sensibilis qualitas pot in tm̄ imprimere in potētiā: qd amplius non sentiatur. Verūtamen causas oim̄ horum prescrutantur optime alię assignandę: quas affert Gal libro de assuetudinib⁹ & super eo a phorismo particule. 2. ex multo tempore cōsuetam in⁹ molestare cōsueuerunt insuetis quas vide.

¶ Ratione tertij dubij est aduertēdū. Quod vt refert Gale. lib. de mala cōplexione diuersa. Mala complexio diuersa non diuersificatur a mala complexiōe equali alio: q̄ qd ea nō consistit in omnibus partibus corporis cuius alteratur complexio.

¶ Pro cuius rei euidentiori notitia sciendum est: qd mala cōplexio est complexio excedens temperamentū: quod debetur vnicuiq; membro: fm̄ propriā naturā. Et ea est duplex quędam in nata quę est contracta a principio generationis. Altera est adueniens. Quę acquisita est post ortū & generationē. Et hęc adueniens est duplex. Quędam diuersa. Et est mala cōplexio: quæ rōdū introducta est in oib⁹ partib⁹ corporis: in quo est equaliter. Immo

bona complexio informans aliquas corporis partes ei repugnat. Et ut inquit Galenus: in partibus corporis: in quo accidit mala complexio diuersa: non est complexio vna sed duae. scilicet mala complexio & bona complexio. Altera est mala complexio equalis & est: quae iam introducta est equaliter in omnibus partibus corporis seu membri in quo est. Ita quod in mala complexione equali bona complexio est omnino destructa: saltem quo ad sensum. Notanter dico quo ad sensum. Nam non est aestimandum quod in mala complexione equali omnino omnis bona complexio sit destructa. Ita ut nihil de ea remaneat in membro aut membris. Nam tunc membra nullatenus viuerent. Sed omnis bona complexio est destructa: quo ad sensum: eo quod iam pauca est bone complexionis mensura: quod nulla est inter ipsam & malam complexionem repugnancia causans sensibilitatem. His premisis respondetur ad dubium. Cum Galeno loco allegato capite. 7. dicente. ubi loquitur de febre tihica. In hac febre non est passio neque dolor: & existimat patiens eam: quod nullo modo sit in eo febris: quoniam non sentit eius caliditatem. Nam membra omnia eius iam calefacta sunt equaliter secundum dispositionem vnam. Et subdit causam dicens. Et iam quidem conueniunt super hoc speculatores naturarum apud considerationes suas de sensibus: Quod sensus quidem non sit nisi alteratione: & non sit passio neque dolor in eis quae iam integre alterata sunt. Et ite subdit. Et ideo quoniam membrorum eius dispositio: quae quaedam eorum agant & quaedam patiantur: cum omnia iam facta sint dispositionis vnus: & facta sit comprehensio eorum vna conueniens. haec Galenus. In summa In mala complexione equali nullus est dolor: quia non est in membris bona complexio: quae sufficiat repugnare male complexioni: aqua repugnancia sit tristis sensatio dicta dolor. In mala vero complexione diuersa: adhuc est in membris tanta quantitas bonae ac naturalis complexionis: quae sufficit repugnare male complexioni ex qua repugnancia causatur sensatio tristis dicta dolor. Hic relinquo inuestigare doloris causas ne longior sum, proposuerim sim. Quod si quis eas nosse cupit videat Galenum quarto. de morbo & symptomate: & libro de inequali intemperatura & duodecimo de curandi methodo.

TEXTVS.



Ausa vero dispositionis ad delectationem est esse delectabilis spiritus secundum meliorem habitum in quantitate & qualitate. scilicet ut non sit in substantia diminutus. Nec habitus siue dispositio eius sit in naturalis: in his quae conueniunt ei. **I**n quantitate quidem. Si spiritus fuerit multus: vehementior erit virtus ipsius. Augmentum enim in quantitate prestat augmentum virtuti in fortitudine. Quae admodum est in radicibus scientiae naturalis declaratum. Ex idem est quod propter multitudinem suam durat amplius in abundantia mensura in origine seu minera ipsius: & diffusio eius ab inde ad membra indilatione: quae est apud gaudium & delectationem: sit in abundantiori mensura. Si enim modicus fuerit: quia cito dissoluitur: natura conseruat eum apud Originem suam: nec dat ei facultatem libere dilatandi. **I**n qualitate vero: quoniam si fuerit nobilissime complexionis & nobilissime substantiae: & habundantissimae lucis. Tunc est substantiae coelesti similis. Haec ergo sunt causae dispositionis ad delectationem & gaudium. Contrariae vero sunt causae dispositionis ad tristitiam & dolorem. Cum enim scitur quod haec sunt causae delectationis in genere: proculdubio scitur quia eadem sunt causae gaudij: quod delectationis est species. Spiritus ergo: qui est in corde: quando multus existit in quantitate propter materiae multitudinem: ex qua velociter & continue generatur & est temperatus in complexione: & in substantia luminosus splendens. Tunc est ad gaudium dispositio fortis. Cum autem spiritus fuerit exiguae quantitates: sicut incoalescentibus et diuturnis morbis & senibus: non temperatus in complexione: sicut in morbis: & fuerit valde spissae & grossae sub-

Capitulum

stantiæ sicut in melancolicis & senibus, ita quod dilatari nequit propter grossitiam & spessitudinem eius: aut fuerit nimis tenuis sicut in conualescentibus & mulieribus: ita ut cum dilatatur seruari non potest. Aut fuerit tenebrosus: sicut in melancolicis: tunc est vehemens dispositio ad tristitiam.

Commentaria.

Dicitur in prima parte exposuit Auic. quo pacto quæuis potentia oblectetur in apprehensione conuenientis, & tristetur vel doleat indisconuenientis apprehensione. In hac secunda parte ostendit: quæ sint causæ intrinsecæ delectationis. Et diuiditur hæc pars in duas. In quarum Prima inuestigat dictas causas sub quadam diuisione. In secunda sub epilogo narrat eas. Secunda pars incipit ibi. Spiritus ergo qui est in corde. In prima parte prius inquit, quæ sunt causæ intrinsecæ quodam modo generali: Dicens quod causa intrinseca dispositionis ad delectationem se tenet ex parte spiritus: ita quod spiritus sit delectabilis hoc est dispositus ad delectationem. Et ostendit ex quibus pueniat dispositio spiritus ad delectationem dicens. Quod oportet: ut dictus spiritus sit secundum meliorem habitum, in quantitate & qualitate: hoc est quod habeat quantitatem & qualitatem meliorem, quam habere ei sit possibile. Ita ut non sit diminutus in quantitate: nec dispositio aut habitus eius sit in naturalis, in his: quæ ei conueniunt. id est, ut nulla insit ei mala qualitas. Sumit enim hic habitum & dispositionem: ut sunt species qualitatis.

Aduertendum est quod causæ gaudij & tristitiæ se tenentes ex parte spiritus: ideo dicuntur intrinsecæ: quia spiritus est intrinsecum & precipuum instrumentum animæ quo permutato anima permutatur variisque incurrit passiones. (Quantitate quidem & cet.) Postquam generali quodam modo connumeravit causam gaudij siue delectationis: quas esse dixit quantitatem & qualitatem conuenientes spiritui, hic Auic. specialius exponit: quod sit conueniens quantitas & qualitas spiritus ipsum ad delectationem ac gaudium disponens: & primo Quantitatem dicens: quod spiritus erit dispositus ad gaudium ex parte quantitatis, si ipse fuerit multus:

Quartum. fol. xxx.

quia tunc eius virtus erit vehemens. Nam augmentum in quantitate adauget rei virtutem: ut refferunt Philosophi: & experientia constat. Cum itaque spiritus fuerit multus: multa erit quantitas eius in corde: & etiam cum adueniet gaudium: diffusio dicti spiritus erit in abundantiori mensura ad membra extrinseca. Quare erit multa spiritus dispositio ad delectationem & gaudium. Si vero spiritus fuerit paucus in quantitate: natura seruabit ipsum in corde: ne cito dissoluatur: & non dabit ei facultatem: ut dilatetur ad membra extrinseca: quare erit indispositus ad delectationem & gaudium. (In qualitate vero:) secundo exponit princeps Auic. quod sit conueniens qualitas spiritus ipsum disponens ad gaudium: & ipsa consistit in tribus: primum se tenet ex parte complexionis: & hoc dat intelligere cum dicit: si fuerit nobilissimæ complexionis. id est, temperatissime, temperamento iustitiam sibi debito. Secundum se tenet ex parte modi substantiæ: quod dat intelligere: cum dicit & nobilissimæ substantiæ: hoc est substantiæ mediocris nec grossæ nec subtilis. Tertium se tenet ex parte lucis quod dat intelligere: cum dicit: & abundantissimæ lucis. Cum enim spiritus habuerit has tres conditiones: ipse erit similis substantiæ celestium corporum: & maxime dispositus ad delectationem & gaudium. quod est delectationis species. In summa ad gaudium disponunt. Multitudo spiritus in quantitate. In qualitate vero temperies complexionis. Substantiæ mediocritas in subtilitate & grossitate: eiusdem luminositas. (Contrarie vero sunt causæ:) In hac parte princeps Auic. ostendit quod sint causæ tristitiæ intrinsecæ breui quodam sermone dicens quod sunt contrariæ causis delectationis & gaudij. Ex parte enim quantitatis spiritus est paucitas ipsius. Ex parte vero qualitatis sunt tres. Prima ipsius distemperies. Secunda grossities aut multa subtilitas substantiæ ipsius. Tertia eius tenebrositas (Spiritus ergo qui est in corde & c.) In hac secunda parte princeps Auic. iterum monstrat sub epilogo causas gaudij & tristitiæ, & primo gaudij dicens. Quod quoniam spiritus qui est in corde est multus in quantitate propter multitudinem materiæ ex qua generatur: (Quæ ut visum est sanguis subtilis temperatæ complexionis:) & simul est temperate complexionis temperamento. id est, valde accedente ad medium in specie. Et etiam est temperatus in substantia. id est, mediocris substantiæ. Et est luminosus &

Tractatus

Primus.

Splendens tūc eius dispositio est vehemens ad gaudium. Cum autē ipse spiritus fuerit paucę quantitatis sicut contingit in cōualescentib⁹ & in vexatis a morbis longę durationis & in senibus. Et fuerit distemperatus in cōplexione sicut contingit in laborantibus aliquo morbo: vt febre. Et fuerit crassę substantię ppter quā non possit dilatarivt in melancolicis & senibus. Aut fuerit substantię nimis tenuis vt in cōualescentibus & senibus. Et fuerit tenebrosus vt in melancolicis cū omnia igitur hæc coniungūtur in spiritu tunc ipse est vehementer dispositus ad tristitiam.

¶ Pro clariori textus huius intellectu est aduertendum. Primo q̄ causarū gaudij & tristitię cęterarūq̄ passionum. Q̄dam sunt intrinsecę, q̄dam extrinsecę. Intrinsecę dicuntur q̄ intra nostrum corpus claudūtur: & consistūt presertim in ipso vitali spiritu. Nā cum passiones oēs vt dictum est accidant virtutibus irascibili & concupiscibili: quarū organum est cor: varię cordis immutationes disponūt ad variās passiones. Cordis autē immutationes dependent, p̄sertim ex immutatione spiritus vitalis. Propterea q̄ spiritus est aīę precipuū instrumentum quo varię disposito, disponitur etiam aīa ad varios affectus per quandā consequentiam: qm̄ anima non agit sine instrumento. Nihilominus in humorum & etiā totius corporis dispositio possunt dici causę intrinsecę passionū. Varię em̄ humorum & corporis dispositiones tam in quantitate q̄ in qualitate q̄ in substantia ad variās disponūt passiones, verumt̄n mediate: in mediatius autē disponit spiritus, tā q̄ntitas q̄ qualitas modo in textu exposito. Extrinsecę vero causę passionum dicuntur quę extra nos existunt de quibus in sequenti capite.

¶ Secundo aduertendum est q̄ quantitas spiritus insequitur quantitatem materię generationis eius & simul: quantitatem coloris agentis in eā. Materia generationis spūs: vt dictū est supra, est sanguis subtilis purus optime in corde decoctus. Quanto em̄ maior erit eius copia: tanto maior quantitas spiritus generabitur. Insequitur etiam caloris naturalis quantitatem: imoderatus enim calor adurens materiam: paucam generat spiritus quantitatem. Pauc⁹ etiam calor paucam spiritus quantitatem efficit. Calor vero moderat⁹ seruit generationi multę quantitatis spirit⁹: quas ob cau-

sas homines complexiōis temperate abundat multo spiritu: qm̄ in ipsis multa est materia et calor moderatus. & post eos sanguinei: oīm autē minime abundant melancolici.

¶ Complexio autem ipsius spiritus insequit & sanguinis ex quo genitus est: & simul cordis complexionem his em̄ temperatis existentibus generatur spirit⁹ temperatę complexiōnis distemperatis vero distemperat⁹. ¶ Substantia autem spiritus quo ad sui modum ex modo substantię materię & simul ex cordis calore dependet. Nā ex materia crassa, crassus spiritus generatur vt ex sanguine melancolico: ex materia subtili, vt sanguine subtili generatur spiritus substantię subtilis. Ex materia mediocris substantię mediocris etiam spiritus generatur. Calor etiam diminutus relinquit spiritū grossę substantię: vt contingit in melancolicis & nonnullis flegmaticis. Calor vero superfluous adurens reddit spiritū crassę substantię materiam eius adurendo vt contingit in melancolicis adustis: calor vero superfluous non adurens efficit spiritum nimis subtilis substantię vt in colicis. Moderatus vero calor efficit spiritum substantię mediocris. Splendor vero & obscuritas spiritus insequuntur complexionem & modū substantię spiritus & simul vaporum ipsi spiritui imixtorū presentia: aut absentiam. Spiritus em̄ complexiōis temperatę & mediocris substantię: omniq̄ vaporum fumosorum sorde vacās est splendidus & rutilans. Qui vero est distemperatus aut grossę substantię aut fumosę vaporum sordis imixt⁹ obscurus euadit. Aer preterea inspiratus multū est momenti ad temperandum ipsum spiritum nō tantum in complexione sed etiam in substantia & lumine. Nā calidus aer inspiratus spiritū calefacit frigidus infrigidat. Grossus aer spiritum ingrossat, mediocris autem aer mediocris substantię spiritum efficit. Turbidus autem & obscurus aer spiritum obtenebrat. Clarus vero & serenus aer spiritum illustrat. Cui⁹ rei causa est qm̄ spiritus naturam aeris preferat: & cum semper aerem pro cordis euentatione atraham⁹ aer spiritui imixt⁹: talem spiritū ipsum efficit: qualis ipse est. Accedit ad hoc q̄ ex sentētia hippocratis ac Galeni aer inspiratus prebet nutrimentū ipsi spiritui. Hoc autem sensit Galenus libro de iuamento anhelitus capite. 2. vbi inquit dico autem calorem, i. spiritum qui est in sinistro ven-

tre cordis & materijs non solum nutriti per aerem influentem per fistulas pulmonis imo etiam ab aere influente per poros corporis. Et idem eodem loco inquit Hippocrates autem in libro de generatione animalium dicit: aerem inspiratum refrigerare pariter & nutrire calorem cordis. hoc idem refert Galen^o libro de utilitate respirationis capite. 4. & libro de iuameto puls^o. Hippocrates autem libro de flatibus inquit. Et enim corpora hominum reliquorumque animalium tribus alimentis aluntur. Sunt autem his alimentis hæc nomina cibi: potiones: spiritus verum spiritus qui quidem in corporibus sunt flat^o appellantur: extra corpora aer. hæc Hyppo. ubi aerem nutrire homines intelligendum quo ad partem spirituofam.

TEXTVS.

De causis exterioribus delectationis & tristitię & earum diuersitate Capitulum Quintum.

Defecte dispositum ad effectum aliquem est duplum causarum illius effectus: sicut sulphur ad inflammationem. Ipse enim edeo igne modico inflamatur: quod cum duplo eius lignum inflamari non potest. Cum ergo anima habuit spiritum perfecte dispositum ad recipiendum letificantium causarum impressiones: modica ex causa letatur. Propter quod in bibentibus laudabile vinum letitia multiplicatur in tantum aliquando: quod putantur sine causa ridere: cum tamen ita non sit. Et enim impossibile est quod in aliqua re fiat impressio sine aliquo impressore. Sed causa est: quia vinum quando bibitur moderate: copiosus generat spiritum moderate complexio- nis & substantiæ & vehementis luminis & splendoris: unde ad letitiam valde disponit: & ideo valde letificat ob minimam causarum sciscitantium.

Et recipit impressiones ex causis vtilibus in presenti fortius quam ex causis vtilibus in futuro. & ex causis conuenientibus delectationi: amplius quam ex causis conuenientibus honestati: & similiter recipit tunc impressionem a causis: quæ congruunt potius ad generandum opinionem: quam solidum intellectum. & huius quidem causa est: quia virtus animæ suæ in cerebro exercet actionem: & exigit spiritum temperate humiditatis: ut obediat motui cogitationis: & exercitio intellectus. Tunc autem est vehemens humiditatis: & nimij motus propter commixtionem vaporum ascendentium & inuadantium ibi immoderate humiditatum ipsum quod obrem non obtemperat intellectui: nec motibus cogitationis nisi in rebus valde materialibus & corporeis. Non in rebus subtilibus valde & spiritualibus. Et cum in subtilitate seu agitatione ipsius non obedit formationi seu presentationi rerum spiritualium sed formationi tantum valde corporalium: unde virtus seu perfectio sui operis apud cogitationem valde debilitatur. Et retrahitur intellectiva virtus tantum quantum exigit aut procurat dispositio eius: donec ad temperamentum eius complexio reducatur: & ipsius inuadatio quietetur. **Q**uia enim virius animæ quæ in corde est: vehementis existit dispositionis ad gaudium: & non pueniunt ad eam letificata vsitata iter sensum & fantasiam aut etiam cogitationem: quibus opus animatarum virtutum roboratur: propterea quod diximus tunc committari spiritum: quod fortiora sunt in eo. scilicet excessus humiditatis: & inuadatio: idcirco tunc sensus dominatur interiori spiritui: & supra motum eius efficit intellectu potentior. Intellectus autem quando contra se illum spiritum iuenit sic proteruum: iuuat se suum: & subicit ipsi: sicut in geometricis & ceteris sci-

Tractatus

tis fit. Quando igitur res taliter se habet: minuitur in anima potatoris impressio letificantium honestorum & intelligibilium: & preualet impressio letificantium / dulcium / & delectabilium sensibus presentium maxime. Et quoniam est dispositio fortis idcirco sufficit ad letificandum debilissima causa. Sicut in pueris patet. Propter quod putatur quod sine causa letentur: cum tamen sit impossibile.

Commentaria.



Osquam in superiori capite princeps Auic. sermone fecit de causis intrinsicis gaudij & tristitiae. In hoc capitulo dicitur de causis intrinsicis eorum de. Sed antequam descendat ad earum pertractationem quam diuisurus est dictas causas in fortes & debiles, monstrat a leuissimis etiam ac nimis debilibus causis posse causari intensum gaudium aut tristitiam: cum spiritus est optime dispositus ad gaudium & tristitiam. Itaque intendit ostendere causas intrinsicas gaudij & tristitiae multo esse potentiores in causando dictas passiones / causas extrinsecas. Quare totum capitulum distributum est in duas partes. In quarum prima monstrat Auic. a leuissimis quibusuis causis extrinsecis posse causari gaudium cum spiritus est perfecte dispositus ad gaudium. In secunda connumerat causas extrinsecas gaudij & tristitiae ibi. Quinto causatur gaudij & ce. Primo igitur praemittit talem conclusionem. Cum anima habuerit spiritum perfecte dispositum ad impressionem causarum letificantium, scilicet extrinsecarum, ex modica causa letatur. Quam quidem conclusionem sic probat: perfecte dispositum ad aliquem effectum est duplum causarum illius effectus, ac si diceret optima passio dispositio est maxima ex causis ad hoc quod effectus a leui causa producat. Igitur si spiritus est optime dispositus ad letitiam: a leui causa producat letitia. consequentia est bona: & antecedens Philosophi, 2. de anima: actus actiuorum sunt

Primus.

in patiente bene disposito: igitur & consequens est verum. Ita quod Auic. argumentatur per locum ab auctoritate: ac si diceret quod letitia causetur a leui causa cum spiritus est perfecte dispositus ad letitiam: patet, quoniam actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Illam autem propositionem perfecte dispositum monstrat exemplo sulphuris & ligni dicens. sulphur eo quod est optime dispositum ad inflammationem: modico igne indiget: ut inflammetur. Lignum vero minus dispositum ad inflammationem: multo maiori igne indiget. (Propter quod in bibentibus laudabile vinum &c.) Consequenter princeps Auic. infert unum corrolarium ex premissa conclusione. Quod propter dictam causam in bibentibus laudabile vinum letitia multiplicatur in tantum quod videntur sine causa ridere: verum tamen non rident sine causa. Sed quia spiritus est optime dispositus ad letitiam: a leui quauis causa letantur, & ridet. (Etenim impossibile est quod in aliqua re fiat impressio. &c.) In hac parte Auic. probat dictos bibentes laudabile vinum non ridere sine causa. Quoniam impossibile est quod fiat impressio sine impressore: hoc est impossibile est dare effectum naturalem cuius non sit assignabilis causa. Et occasione data Auic. monstrat causam: propter quam bibentes laudabile vinum sunt prout ad letitiam: & quacumque ex causa etiam leuissima rideant. Preterea ostendit causas propter quas: ipsi potius moueantur a sensibilibus, quam ab intelligibilibus: & quare impediatur in ipsis usus rationis. Tandem ostendit, quare magis letentur ex sensibilibus & delectabilibus: quam ex intelligibilibus & honestis. Ita quod totus sequens textus potest diuisi in tres partes. In prima ostendit, quare bibentes laudabile vinum sint prout ad letitiam: ita ut ex quauis leui causa rideant. In secunda ostendit: quare moueantur potius a sensibilibus: et materialibus, quam ab intelligibilibus & spiritualibus. & incipit ibi. Et recipit impressiones. In tertia ostendit: quare letentur magis ex sensibilibus, & delectabilibus, & leuibus, quam ex intelligibilibus, honestis, & grauibus: & incipit ibi: quia enim virtus animae. Primo igitur monstrat quare sint prout ad letitiam: & leuissima ex causa rideant dicens: Quod causa est: quia vinum quando bibitur moderate generat copiosum spiritum. Nam vinum facile conuertitur in sanguinem subtile temperatum

ex quo generatur multa quantitas spiritus: qui quidem spiritus est temperatae complexionis & mediocris substantie & multiluminis: quare ut visum est supra: sunt maxime disponentia spiritum ad letitiam: cum itaque spiritus maxime sit dispositus ad letitiam: queuis leuissima causa potest ipsos mouere ad risum: risus enim est motus quidam qui consequitur imperium virtutis concupiscibilis: ex letitia causatus: velut rubor faciei ex verecundia: aut pallor ex metu. (Et recipit impressiones.) In hac parte ut dictum est: ostendit Aus. quare potius moueantur a sensibilibus & materialibus: quam ab intelligibilibus & spiritualibus dicens: quod distorum spiritus recipit impressiones ex causis vtilibus in futuro hoc est: potius mouetur a sensibilibus quam ab intelligibilibus. Nam per vtilia presentia intelligit sensibilia: eo quod sensibilia solum presentialiter mouent: presertim sensibus exterioribus perceptibilia: & per vtilia futura intelligit intelligibilia: aut saltem stimabilia. Intellectus enim & stimatiua virtus ad futura se extendunt. Et ex causis convenientibus delectationi: amplius quam ex causis convenientibus honestati: hoc est ex causis mouentibus sensum ad voluptatem: quam ex causis mouentibus rationem ad temperantiam. Et ex causis que possunt generare opinionem: quam solidum intellectum. scilicet scientiam: & non intelligit per opinionem: opinionem proprie distam: quare est assensus verus cum formidine de opposito: sed sensualem fantasticamque appetentiam: & per scientiam intelligit intellectualem cognitionem. Causam autem horum omnium esse dicit: quoniam virtus intellectiua exercens in cerebro suam propriam actionem: ad ipsam exercendam indiget spiritu temperatae humiditatis: ut distus spiritus sit obediens motui cogitatiue virtutis: & etiam intellectiue. Et cum in distis bibulis spiritus sit vehementis humiditatis: & nimis motus fluctantis: propter commixtionem vaporum resolutorum ex vino: distus spiritus non obtemperat motui neque cogitatiue virtutis: neque intellectus: nisi in rebus valde materialibus: & corporis percipientibus: non autem in spiritualibus & intellectu subditis. Cum itaque distus spiritus non obtemperet motui cogitatiue ac intellectiue virtutum ad presentationem rerum spiritualium & intellectualem: perfectio sui operis debilitatur. Quare virtus intellectiua retrahitur: quo visus spiritus redeat ad sui temperantiam: & disti va-

pores consumantur. ¶ In summa disti bibuli mouentur ad imperium sensus & non intellectus ac rationis: quoniam vapores vini immixti spiritibus animalibus: ipsos nimis humectant: & super calefaciunt: & fluctuantes reddunt: quare non sunt convenientia instrumenta ad operationes: neque cogitatiue virtutis: neque stimatiue: neque ex consequenti intellectiue: ipse enim in suis operationibus indiget spiritu temperatae humiditatis & caliditatis: non fluctuante motu vario. Quare similitudines rerum non perfecte offeruntur distis virtutibus. Et ideo ipsi errant: & mouentur ad imperium sensus: & non rationis. (ut obediatur motui cogitationis & exercitio intellectus.) id est ut sit conueniens instrumentum ad operationes cogitatiue & intellectiue virtutis. (Tunc autem est vehementis humiditatis.) ipse scilicet spiritus. (Non obtemperat intellectui.) id est non est conueniens instrumentum ad operationes intellectus. (Et cum in subtilitate seu agitatione) id est in fluctuatione seu agitatione: ubi per subtilitatem intelligit fluctuationem: subtilia enim facile fluctuant. (Quia enim virtus anime que in corde est.) ¶ In hac tertia parte princeps Aus. ostendit causam: quare disti bibuli potius letentur ex sensibilibus & delectabilibus: & leuibus: quam ex intelligibilibus honestis & grauis. Et quod hanc partem videatur coincidere cum precedenti: non tamen coincidit. Nam in precedenti ostendit: quare magis moueantur a sensibilibus: quam ab intelligibilibus: in hac quare magis delectentur. Causa autem est: quoniam virtus appetitiua: que est in corde: id est concupiscibilis: est vehementer disposita ad gaudium: & cum ad ipsam non adducantur species intelligibilium: letificantium: quia spiritus propter humiditatem & fluctuationem est indispositus ad mouendas distas species intelligibilium. Sed solummodo offerantur diste virtuti species sensibilibus dulcium & delectabilium: ipse preualens in mouendo distam virtutem appetitiuam ad letitiam. (Et quoniam est dispositio fortis &c.) tandem affert iterum causam: quare leuia moueant ipsos ad delectationem. ut concludat intentum: nam propter hoc vsus est hac prelonga digressionem dicens. Quoniam dispositio in distis bibentibus vinum laudabile est fortis ad letitiam: queuis causa debilis sufficit

Tractatus

ad letificandum. Et id monstrat exemplo puerorum: pueri enim letantur ex leuissimis quibusvis vis causis: quia carent usu rationis: & in ipsis sensus dñatur: & spūs eorū est maxie dispositus ab letitiā. Et cum tā pueri q̄ biluli letantur ex leuissima causa: videntes existimant: q̄ sine causa letentur. aliter tñ est. Nam impossibile est: vt quis sine causa letetur. (Letificatiā vsitata inter sensum & fantasiā aut etiam cogitationem.) Hoc est species intelligibiles letificantium: nihil em̄ est in intellectu, qui prius fuerit in sensu cōi & fantasiā & cogitatiua, salte sensibile: & p̄pterea appellat species intelligibiles vsitata inter sensum & fantasiā & cogitationem. (Quibus op̄ aiatarū virtutum roboratur.) Quibus, s. speciebus intelligibilibus opus virtutum aialium perficitur p̄fectio em̄ & cōplementū virtutū aialium cōsistit in intellectu tāq̄ in fine. (Sensus dominatur interiori spiritui & supra motū eius efficitur intellectu potentior. i. species sensibiles mouēt spiritū potentius, q̄ species intelligibiles. (Intellectus aut̄ quando contra se inuenit illum spiritum sic proteruum suatur sensu & subicit ipsi). i. cum species intelligibiles non possint mouere dictum spiritum ad letitiā: dereliquūt ipsum speciebus sensibilibus: vt moueant ip̄m (Sicut in geometricis & cæteris sciētis fit.) In scientis em̄ geometricis & alijs vt medicina/physica, cū non possumus demonstratiuā rationē afferre ad aliquid demonstrandum: ad sensualem demonstrationē nos cōuertimus. sic in proposito cū intellectualia non possint mouere spiritū, ad letitiā: & sensualia possint: mouetur a sensu alibus.

¶ Pro dictorum ampliori enodatione est aduertendum. Quod vini mirāda est natura admirandaq̄ in humano corpore efficit, ac varias mutationes: tū pro varia & natura, & etate sumentium: tum etiam pro varia sui mensura. Primo pro varia sumentium natura: quare Aristoteles tertio problematum primo problemate ait. Vinū enim in modicū tales homines maxime reddere videtur: quales melā, colicos esse affirmamus: moresq̄ varios condit: cum bibitur vt iracundos humanos misericordes audaces. Et eodem loco qualis enim vinolentus est: talis quisq̄ alius factus a natura est. s. alius loquax: alius mente commotus: alius lachrimabundus: nam tales vinū quoq̄ informat: ex quo illud homeri: me victum ba-

Primus.

cho lachrymas effundere dicunt. Quippe misericordes interdum redduntur: & alias effert: alias taciturni: quim etiam ad amandū propensiores vinum facere idoneum est: hęc Aristoteles: quorum causa est varia sumentium natura, vel calidior, vel frigidior & cæt. Varias etiam efficit mutationes pro etatis varietate. Pueris enim maxime nocet. Nāvt inquit princeps Auic. Fen. 3. primi canonis cap. de regimine aquæ & vini. Pueris vinum dare ad bibendum est sicut igni ignem addere in lignis viridibus. Quod est Platōis libro secundo de legum latōne: admonentis: vinum pueris prohibendum. Inquit enim Pueri vsq̄ ad duodevigesimalium annum, vinū prorsus ignorēt. nē pe eos monebimus: non oportere ignē igni in corpus atq̄ animam suggerere. Galenus quoq̄ libro primo de sanitate tuenda. Sane vinū q̄ diutissime qui ea natura puer est: ne gustare quidem suaserim: quippe quod haustum & humectat nimium: & calefacit corpū. tū caput halitu replet his: qui hūido calido, q̄ tēperamēto sunt: quale est huiusmodi puerorum. Et subdit. Cum autem sit omnis excessus fugiendus: maxime hunc fugere expedit: ex quo non corpori modo, verum etiam animo damnum accedit.

¶ Iuuenibus autem vinum est vtile moderate sumptum. vt sensit princeps Auicenna loco allegato, & etiam Galenus Inquit enim. Quare neq̄ iam adultis, vinum nisi modice sumptum existimandum est vtile esse: quod videlicet ad iram & libidinē precipites facit: & partem animæ rationalem hebetem turbidā, q̄ reddit. Senibus vero maxime vtile est vinū. Afferente Galeno libro quinto de tuenda sanitate: vinū sicut pueris est alienissimum: ita senibus est aptissimum. Duas enim refert ex eo senes consequi vtilitates: in hunc modum Vnum igitur illud maximum senibus cōmodum ex vino accedit: q̄ omnia eorum membra calefacit: alterum q̄ per vrinas serum sanguinis expurgat. Iuuenibus autem vnam affert vtilitatem scilicet q̄ ad bilis excrementa vel mingenda, vel expellenda est non in vtile: vt ipsemet Galenus refert primo libro de tuenda sanitate. Senibus autem esse vtile vinum censuit etiam Plato libro secundo de legum latōne vbi inquit. Deus hominibus vinum quasi remedium aduersus senectutis duritiam est largit⁹ vt reiuuescere videantur:

& mestitia nos obliuio capiat: ipsaq; affectio animi/ sicut ferrū in igne ex duritie ī mollitiē deducta/ flexibilior fiat. Preterea vinū p sui mensura varie homines immutat. Quare Aristoteles loco allegato inquit. Vinum ebibitū gradatim hominē euariat: vbi enim vinū hominem frigentem/ taciturnumq; a sobrietate accepit: paulo liberaliori poculo refouet: excitatq; ad verba. Tum largiori potu verborum vberem/ eloquentem/ fidentēq; reddit. Post hac processu potādi ampliori/ audacem/ propensumq; facit ad agendum. Deinde plenius amplificato in contumeliam/ & petulantiam vertit. Mox ad insaniam prope modum accēdit: postremo nimio ex potu resouit/ stultūq; agit/ ī modum eorum: qui a pueris morbo laborāt cōmittali. Plato quoq; libro primo de legū latione. Cum bibit quis: primo alacrior fit q̄ prius erat: deinde quo plus biberit: eo maiore & meliore spe pro sua opinione repletur. Tandem quasi sapiens ea homo confidentia/ libertate/ audaciaq; repletur: vt in trepide & dicat/ & faciat: qcqd placet. hęc Plato Quot aut quanteq; vtilitas insurgant ex vino moderate sumpto: quibus conuenit: quot etiam & quanta incōmoda ex ipso immodice sumpto. videre poteris/ & apud principē Auic. 3. Fen. j. & apud Gale lib. de enchimia & cacochimia: & libris detuēda sanitate & apud Isaac libro dietarū vniuersaliū & particularium: & apud alios auctores.

¶ Verum restat ambiguitas ex dictis Auic. in littera: nam ait: q̄ vinum cū bibitur moderate: mouet ad immensam letitiam & facit bibētes vt subiaceant sensibus/ impedito intellectu & q̄ letentur ex sensibilibus/ voluptuosis magis q̄ ex intelligibilibus honestis. Vinū enim in hęc inducens/ non videtur moderate sumptū. Ad hoc dicēdū est q̄ Auic. intelligit per moderatam sumptionem eam: quæ tm̄ ad alacritudinē prouocat: nō aut eā: quæ aut ad petulantiam/ aut iracūdiā/ aut temulantiam prouocat. Illa em̄ assumptio quæ ad iocunditatē tm̄ prouocat licet proprie nō sit moderata tamē censetur moderata comparatione aliarum.

¶ Secundo dubitatur: Vtrum quis possit letari sine causa: & Videtur q̄ possit. Qm̄ cōtrariorū cōtrariū est inditiū: sed quis potest tristari sine causa: igitur & etiā letari: minor patet auctoritate omnium medicorum scribentium remediorū multa genera illis vtilia: qui

tristantur sine causa. In oppositum est Auic. in littera. Ad dubium dicitur breuiter impossibile esse quēpiā aut letari/ aut tristari sine causa. Nā cum virtus appetitiua sit agens naturale: potentia tm̄ actiuū: impossibile est vt agat se sola nullo mota oblecto siue p̄sente siue absente etiam impossibile est: vt patiat se sola quim detur egens passionis illius productiuū. In omni enim actione & passione/ sunt agēs & patiens: Idē em̄ non potest agere in se ip̄s. Ad auctoritatem aut medicorum: dicendum est: q̄ ipsi appellant tristitiam sine causa eam: quæ sit sine manifesta extrinseca causa: qualis solet esse in melencolica passione laborantibus in quibus: cum multa sit dispositio/ spiritus ad tristitiam: ex quauis leui causa causatur tristitia. Causatur aut maxime imaginibus rerum absentium imaginatiuæ presentatis: quas cū mediāte spū tenebroso apphēdat imaginatiua: sic etiam offert virtuti concupiscibili: quæ ipsas imagines refutat: & inde fit tristitia. Verū tamen hoc amplius infra discutietur.

TEXTVS.

Quinimo casuarum gaudij & tristitiæ/ quaedam sunt fortes/ quaedam sunt debiles. Quaedam cognitæ siue manifestæ: quaedam incognitæ siue occultæ: Earum vero quæ incognitæ sunt siue occultæ: plures sunt assuetæ: & quāto ei assuetæ sunt: tanto minus percipiuntur. De causis autē gaudij & letitiæ fortibus & manifestis non est necessarium facere mentionē. Aliæ vero sunt: sicut intuitus cœli inter letificantes cuius signū est: quia contrariū tristitiā causat. s. in tenebris permanere. Aut sicut conuersari cū similibus. Cuius signū est: q̄ solitudo atristat. De letificatibus est similiter obtinere desideratū/ & explere intētionē s̄m exigentiam intenti/ sine impedimēto. & pponere facere quicq; placidū/ & similiter cōfidētia: & memoria p̄teriti delectabilis/ & futuri spes/ & meditatio

in rebus ambiciosus. Et mutua cōfabu-
latio dilectorum. Et euasio a tormēto.
Et extraneitas rerum. Et admiratio. Et
eleuatio mentis. Et obuiatio amicorū.
Et amicabilium vicinorum. Quādoq;
delusio & defraudatio: & victoria ī mi-
nimis rebus: & multa consimilia: quo-
rum intentio fit in libris Rhetorum: &
moralium. Quæ inq; oīa diuersificātur
in generibus: s̄m affectus: cōsuetudines:
& ḡtates: nec aliquis ab eis reperitur oī-
no vacās. Nec cōtingit similiter, vt cau-
sę cōmuniter letificantes/ in duplo pl⁹
aut amplius letificent cæteris: nisi p̄ tā-
to: quia dispositio quando vehemēter
respicit alterum oppositorum: nō pati-
tur a causis alterius: nisi fuerint valde
fortes: patitur tñ a causis suis: & si fue-
rit debiles. Et propter hanc causam in
ebriosis perdurat letitia: & in melāco-
licis habētibus spiritus tenebrosos per-
durat tristitia leuius.

CEx causis desolationis tristitię: sicut
rememoratio distantis patrię natura-
lis. Et reminiscētia multorum nocumē-
torum iā diu preteritorum. & odia seu
rācores: & difficultas sanatiōis: & one-
rosa conuersatio. & imaginatio terribi-
lium futurorum/ et pprie necessitatis
mortis: aqua se auertit intellectus/ & dis-
cretio: cum sit ineuitabile mori. Et co-
gitatio de occupatione placenti: & co-
gitatio distractiōis ab ea: & distractio
a desiderato seu volito/ & multa alia cō-
similia: et aliqua quæ nequeunt cōpre-
hendi. Hæc em̄ & consimilia contristāt
de facili animam dispositā ad tristitiā.
Ampli⁹ in melancolico/ fortitudo ima-
ginationis contristantium rerum/ facit
ei apparere q̄ iā sit ī actu res: cuius simi-
litudō animæ presentatur: et idcirco in
continua perseuerat tristitia: fortitudo
autem imaginatiōis causatur propter

ficcitatem spiritus: quibus rectificet: vel
lenificet motum eius. & etiam quia in-
tellectus a sensu & fantasia distrahitur
ab actibus rationis/ propter corruptio-
nem complexionis spiritus: qui pprie
mouetur s̄m exigentiam dispositionis
complexionis / & qualitatis pessimæ/
& obscuræ.

Commentaria.



In hac secūda parte p̄iceps Auic.
commemorat causas extrinsecas/
tam gaudię q̄ tristitię. Et primo/
Tres ponit earum diuisiones. Pri-
ma causarum gaudię & tristitię. Quædā sunt
fortes: quædam debiles. Secunda diuisio cau-
sarum gaudię & tristitię. Quædam sunt mani-
festæ/ quædam occultę. Tertia diuisio causa-
rum gaudię & tristitię occultarum. Quædam
sunt assuetæ: quædam vero insuetæ. Primę di-
uisionis nullum ponitur exemplum ab Auic.
qm̄ vt infra monstrabit: fortitudo causarum
presertim mōstratur ex dispositione passi. Se-
cundæ diuisionis quo ad primum membrum
inquit Auic. nō opus esse assignare exempla
quoniam oibus sunt cognitę: & sunt functio-
nes sensuum vt visus/ auditus/ gustus/ tactus
& odoratus oibus em̄ est in aperto q̄ appre-
hensiones obiectorum delectabilium sint cau-
sę letitię apprehensiones vero obiectorum nō
delectabilium sint causę tristitię. Quo ad s̄m
membrū secundę diuisionis multa ponit exē-
pla in littera. Tertię diuisionis nō op⁹ est exē-
pla ponere quoniā edem causę vni sunt insue-
tę: alij assuete.

Circa quam litteram est aduertēdū: q̄ Cau-
sę gaudię & tristitię manifestę: ideo tales ap-
pellantur: qm̄ manifesto quodā modo: & quia
in eis est vis siue principium manifestū ad gau-
dium aut tristitiā causandam: sunt distarū pas-
sionum causę: velut sunt qualitates elemēto-
rum aut ab eis causatę sensibiles. Causę vero
gaudię & tristitię occultæ appellantur: in qui-
bus non est principium manifestum causatiuū
distarum passionum: quod sit aut qualitas ele-
mētorum: aut mixti complexio: aut qualitas
insequens complexionem. Sed est occultum
p̄cipium distū tota rei substantia siue pprietas.

Inquit igitur Auic: q̄ de causis manifestis ac fortibus non est opus facere mētionē quia omnibus sunt cognitæ. Alie vero. i. causæ occulte sunt. Vt intuitus cœli: letificat: em̄ cuius signum est: quia intuitus tenebrarum contristat: & per intuitum cœli intelligendus est intuitus luminis. Occultum est em̄: quare intuitus luminis letificet: ita q̄ talis operationis nullum est agens manifestum aut qualitas manifesta aut substantia. Sed tota substantia siue occulta proprietas currens inter lumē & spiritū. Et cōuersari cum similibus est etiam ex causis occultis letificantibus: cuius signum est: quia cōuersari cum dissimilibus: aut solum esse: est ex causis contristantibus. Quare autem quis letetur ex similibus conuersatione: & tristetur ex dissimilium cōsortio: aut solitudine: causa est occulta. i. motus quidā virtutis appetitiue cōcupiscibilis ad volūtatis imperiū in presentia rei dilectæ aut non dilectæ. Etiam de letificātib⁹ occultis est obtinere desideratam rem & implere intentionem sine impedimēto: & proponere facere aliquid delectabile. Et confidentia. i. credere se posse aliquid obtinere. & recordari de preterito delectabili. & spes futuri delectabilis. Et cogitare de rebus ambitiōsis. i. cupidis. & confabulari cum amicis. Et euasio a tormēto. & extraneitas rerum nūq̄ visarum. Et admiratio. i. rerum admirabiliū cōtemplatio. & eleuatio mētis. i. in occulta incognita. Et obuiatio amicorum: aut vicinorū amicitabiliū. Et delusio. i. deridere aliquē. & victoria non modo in grauib⁹: sed etiam in minimis rebus. oīa enim hæc quodā modo occulto sunt causæ letitiæ: & multa alia de quibus Morales Philosophi historiographi ac poetæ copiam exhibent. (Quæ diuersificātur in generibus & c.) hoc est aut sunt ex causis letitiæ fortibus: aut debilib⁹ ex pte affectuū. i. dispositionum passorū siue cōplexionū: & ex pte consuetudinū: & ex parte etatum: temperate em̄ complexiones fortius ex dictis causis letantur: q̄ distemperatæ. & pueri ac iuvenes fortius senibus: & consueti fortius inconsuetis. Verūtamen nullus reperitur omnino vacans ab illis causis: quā aliquid ab eis letetur. (Nec contingit similiter & c.) In hac parte princeps Auic. respondet tacite obiectioni existimaret em̄ aliquis. Quod fortiores letitiæ causæ semper magis letificēt debillioribus. Auic. tñ mōstrat id non ita esse. Quinimo attendēdā esse passi-

dispositionem. Nam aliquando debiles causæ passio optime disposito magis letificant: fortibus passio non bene disposito. Ex quo infert: q̄ iebriosus perdurat letitia: quia sunt optime dispositi. In melācolicis autem durat tristitia quā eorū spiritus est tenebrosus & dispositus maxime ad tristitiam. (Dispositio quando vehementer respicit alterum contrariorū & c.) Hæc est maxima quedam: quæ est quodāmodo conformis dicto Aristotelis. 2. de generatione. in habēbus symbolum facillior est transitus. (Ex causis delolatiōis tristitiæ & c.) In hac parte princeps Auic. commemorat nonnullas ex causis tristitiæ occultis preterdictas. Et sunt: vt recordatio patrie distantis: & memoria nocentiorū preteritorū. & odia seu rancores. qui em̄ aliquem odio prosequitur: nō est sine tristitia cum in mētem venit: id quod odit. Et difficultas sanationis ab aliquo morbo: & conuersatio onerosa. i. difficilis & laboriosa. Et cōsideratio malorum terribilium futurorum: vt mortis. & distractio a re desiderata & alia cōsimilia. Hæc enim omnia quodā occulto modo causant tristitiam. (Amplius in melancolico. & c.) In hac parte princeps Auic. inquit causas: propter quas melancolici perseuerent in continua tristitia: & dicit: q̄ ipsi perseuerant in continua tristitia: quoniam fortitudo imaginationis: quam habent circa res contristantes: vt circa mortem: aut casum aut aliud huiusmodi: facit vt illis appareat dictas res contristantes semper esse presentes. Et cum res contristantes semper offerantur vt presentes: tristitia semper illos occupat. Preterea monstrat causas fortitudinis imaginationis in illis. Et sunt duæ: Prima siccitas ipsius spiritus: nam similitudines rerum figuntur in spiritu sicco: quare difficile delentur. Secūda est quā intellectus est in ipsis distract⁹ a proprijs operationib⁹: & solūmodo vigēt in ipsis sensus cōis & fantasia: & cogitativa. Cū autē intellectus sit distract⁹: & ipsi non vigeant ratione ipsi mouentur fm exigētā virtutis imaginatiuæ tantum: quare imaginationes sunt fortes. Distractio autē intellectus fit: propter corruptionem complexionis spiritus. & eius tenebrositatē: spiritus enim siccissimus in cōplexione. & tenebrosus. non est conueniens instrumentum operationibus virtutis intellectiuæ. Etiam quā imaginatiua in ipsis multum vigeat qua vigēte debilitat rationalis. (Quæ

uis rectificetur aut lenificetur motus eius. Hoc est tanta est siccitas spiritus: quod licet eius motus non sit inordinatus: tamen nihilominus erit causa fortis imaginationis. (Intellectus a sensu & fantasia distrahitur.) hoc est operationes intellectus non concomitantur operationes sensus corporis & fantasie: nam ipsis operantibus intellectus non operatur in dicto modo dispositis.

¶ Pro huius litterae aptiori intellectu est sciendum. Quod discors fuit auctororum sententia circa causam: quare melancholici tridentur: & timeant. Galenus enim & maior pars medicorum sentiunt. ipsos timere, & tritari propter interiores tenebras spirituum & humoris melancholici. Galenus enim libro. 3. interiorum morborum inquit: sane quemadmodum externe tenebrae omnibus fere hominibus pauorem inducunt: nisi vel audaces admodum, vel docti fuerint. Sic atrabilis color mentis sedem tenebris similem reddit timorem efficit. Et reddit rationem dicens. Et enim summis tamen philosophis in confesso est: & humores, & omnino corporis temperaturam aere actiones variare posse. Idem etiam li. 5. de morbo. Quod vero atrabilis rationalis animae arcem occupans: timorem mestitiam & mortis expectationem inducat nihil mirandum cum videamus in rebus externis nihil magis quam tenebras nos perterre facere. Si igitur quod pia tenebris simile rationali partem animae circumfundatur hominem semper timere necesse est ut pote qui semper timoris causam in corpore circumferat. Princeps quoque Aulic. Fen. prima. 3. canonis diffinitens melancholicam: dicit: esse mutationem existimationis, & cognitionum a cursu naturali ad corruptionem, & timorem, & malitiam, i. tristitiam, propter complexionem melancholicam facientem siluestrem spiritum cerebri interius, & facientem intimam dum, propter tenebras ipsius, sicut tenebrae extrinsece sollicitant. Preterea Altabas nono theorices capite. 7. loquens de melacolia inquit. Timor & suspitio sunt namque huic adherentia passioni accidentia, propter humoris ingredinem & tenebrositatis ab eo introductionem. Isaac quoque libro. 9. theorices inquit. Sed tamen in cerebro cola nigra haec habet propria, timorem, tristitiam, angustiam, quae accidunt ex nigredine humoris & obscuritate.

¶ Auerois vero. 3. coliget capite. 9. dissentit a consensu medicorum sententia inquit enim. Qui dicunt: quod anima teretur propter homorem me-

lancollicum nigrum: sicut teretur homo in obscuro: dicunt verba cantionum. Quia aliqua lesio non aduenit animae in obscuro: nisi priuatio sensati sensui visibili: quia non videt aera in corpore: ut possit dici: quia sentiat terorem nigredinis. Sed magis sedum est dicere: quod videat extra: quia anima non est extra, nec intus. Causam autem propter quam melancholici timeant et tridentur ipse subiungit dicens. Sed est sciendum: quod de natura istius humoris melancholici est: ut ipsum sequantur haec accidentia sicut de natura sanguinis est: ut ipsum sequatur gaudium & letitia. Haec auerois. Quae autem harum sectarum sit potior non facile est iudicium ferre. Verum Galeno propter suam auctoritatem potius credendum est quam Auerois. licet Auerois ratio videatur apparens. Consulto, relinquo sussufos rationes quae pro utraque sententia quibus ingenio pollens confingere potest.

TEXTVS.

¶ Capitulum Sextum: In quo ostenditur: quod vnaqueque passio cordis disponit ad generationem sui ipsius.

Non est autem opinandum: quod omnis causa dispositionis ad gaudium vel tristitiam immediate coniungatur substantiae spiritus: sicut quantitas eius: aut qualitas. Immo alias contingit esse causas a quantitate & qualitate spiritus. Ut pote aere passionis: quae nihilominus disponunt ad alterum predictorum, quibus hoc faciunt mediatis causis intrinsecis ipsi spiritui, scilicet quantitate & qualitate ipsius. Hoc est: qui temperant complexionem ipsius: aut rectificant spiritum: & multiplicant quantitatem: & sic disponunt ad gaudium: Aut accidit eis causa contraria: & sic ad tristitiam contrario modo disponunt.

Commentaria.



In hoc sexto capite princeps Aus. ut compleat omnem pertractationem causarum gaudij & tristitiæ. Ostendit: quo pacto passiones animæ sunt causæ ipsarummet, disponendo spiritum ad seipsas ut gaudium ad generationem sui ipsius: & tristitia etiam ad generationem tristitiæ: eodem modo in alijs. Et dividitur caput in duas partes: in quarum Prima ostendit quod dictum est in generali. In secunda in speciali & completiori quodam modo. In prima primo inquit. Quod non est opinandum: quod omnis causa intrinseca gaudij & tristitiæ se teneat ex parte dispositionis spiritus. scilicet. quætitatis aut qualitatis eius cum preter quætitatem & qualitatem spiritus aliæ etiam sint causæ intrinsece gaudij & tristitiæ. scilicet. animæ passiones. Verum ipse passiones disponunt ad gaudium & tristitiam mediate. scilicet. pro quanto mutationem faciunt in quantitate & qualitate spiritus, temperando ipsius spiritus complexionem, & rectificando substantiam eius, & augendo eius quantitatem: & sic sunt causa gaudij, aut contrarium facièdo: & sic sunt causa tristitiæ. Ita quod passiones animæ sunt causæ gaudij & tristitiæ propter permutationem in spiritu factam. Vbi aduerte quod passiones sunt causæ gaudij & tristitiæ intrinsece: non quidem per se: sed per accidens. & ut dictum est non immediate sed mediate. Per accidens quidem quia non ratione sui: sed propter permutationem: quam faciunt in ipso spiritu. scilicet. permutando complexionem, aut substantiam aut quantitatem spiritus aut omnia simul.

TEXTVS.



Vnt ergo causæ exteriores primariæ & remotæ. Inherentes vero ad rationem unquam deducuntur. Et est: Quia omnis actio habens contrarium: si sepius iteretur: reddit virtutem eius cuius est: potentiorè ad imprimendum effectum. Omnis autem fortificatio virtutis: fit quædam dispositio ad effectum. Hoc autem sufficienter inductione manifestatur. Et enim corpus: si pluries calefiat: disponit ad cale-

factionem velocem. Similiter si pluries inrigidetur: aut rarificetur: aut spisset. Et in interioribus virtutibus accidit illud: et enim ex frequenti actione & passione fortes habitus generatur in eis. Sic enim morales habitus acquiruntur. Huius autem causa forsita est: quia passio adueniens rei frequenter efficitur conueniens substantiæ eius. Quod autem alicui est conueniens: suo contrario est disconueniens. Si ergo sepius iteretur diminuit dispositionem ad illud contrarium: expellendo id: quod est conueniens illi. Hæc igitur est declaratio supra dicti per inductionem. Manifestare vero illud silogismo ex se notis accepto: & demonstratiua ratione: valde prolixum est. Sed ex predictis colligitur: quod letandi frequentia disponit spiritum ad letitiam: & tristandi frequentia ad desolationem & tristitiam.

Commentaria.



In secunda parte princeps Aus. speciali modo monstrat: quo pacto quæuis passio disponat ad sui ipsius generationem. Et dividitur hæc pars in duas: in quarum Prima ratione monstrat: cuiusuis passionis frequentationem disponere ad generationem sui ipsius. In secunda explicat causas: quibus mediantibus frequentatio cuiusuis passionis disponat ad sui productionem: & incipit ibi. Causa vero huius secundum naturalem perscrutationem &c. In prima antequam afferat rationem assignat discrimen. Inter causas extrinsecas gaudij & tristitiæ, & has intrinsecas. scilicet. passiones dicens: quod causæ exteriores sunt primariæ. hoc est primitiue & remotæ iter se eo quod quæuis suo modo est causa gaudij, aut tristitiæ. Inherentes vero. scilicet. hæc. scilicet. passiones nobis insunt & deducuntur ad unquam rationem: unico & eodem modo causant gaudium & tristitiam. scilicet. sui frequentia. Deinde assignat rationem probantem: cuiusuis passionis frequentiam disponere animam ad sui ipsius generationem: quæ talis est. Omnis actio habens con-

trarium si sepius iteretur reddit virtutem eius cuius est potentiorē ad imprimendū effectū. Omnis autē fortificatio virtutis sit quādam dispositio ad effectum. Vbi talem intelligit rationem. Ois actio habens contrarium sepius reiterata reddit virtutem eius in quo est siue agentis potentiorē au sui pductionem. Sed passio quāvis est actio habens contrarium: igitur passio quāvis sepius reiterata reddit virtutem eius in quo est potentiorē ad sui productionē. tunc ultra reddit virtutem potentiorē: igitur disponit ad sui productionē. Cōsequentia est bona: minor est nota: nam omni passioni est passio contraria: vt supra visum est. Maiores probat Auic. inductione: enumerando singularia. A singularibus autē sufficienter enumeratis ad suam vniuersalem consequētia est bona. Si em̄ aliquod corpus pluries calefiat: disponetur ad citiorē calefactionem. Etiam si sepe infrigidetur: disponetur ad citiorem infrigidationem: etiā si pluries rare fiat/aut condēpsetur: disponetur ad citiorem rarefactionē aut condensationem. Etiam circa virtutes aīe tam morales quā intellectuales: actuum frequentatio generat habitum: & sic disponit ad generationem sui ipsius. Moralis em̄ virtus consuetudine comparatur: vt refert Aristoteles. 2. Ethicorū capite primo. Et reddit Auic. rationem quare ex frequentī actione res reddatur disposita ad eiusdem actionis pductio dicens. quod forsitan causa est: quia passio adueniens rei frequenter/efficitur conueniens substantiē rei: & cum efficiatur conueniens: contrarium dicitur passionis erit disconueniens rei. Nam per reiterationem expellitur/ quicquid erat contrario conueniens. Dixit autē forsitan/ quā ratio non est euidens/ sed solum probabilis. Redeundo igitur ad rem hęc actio sepius reiterata reddit virtutem eius in quo est: fortiorē ad sui productionem/ & hęc eodē modo & sic de singulis. Igitur ois actio habens contrarium sepius reiterata reddit virtutem eius in quo est fortiorē ad sui pductionem: quare dicta maior est vera. cum igitur cōsequentia sit bona/ & maior & minor sint verę/ conclusio erit vera: quę erat. Omnis passio sepius reiterata reddit virtutem eius in quo est potentiorē ad sui productionem. Ex quo relinquatur: quod letandi frequentia disponit ad letitiā/ & tristandi etiam frequentia disponit ad tristitiā (Manifestare autē illud sillogismo ex per se

notis: Jexcusat se Auicem. a probatione dicitur maioris sillogismo ex per se notis accepto siue demonstratio dicens. quod id esset plixū & pene impossibile. Aristoteles em̄ non aliter quā inductione probat/ omnē virtutem fieri ex actuum frequentia Ethicorum secundo. Verū Galenus super eo aphorismo secundę partię culę ex multo tēpore cōsueta &c. & Libro de assuetudinibus censet quod ex assuetudine virtus quāvis tā corporea quā aīalis roboratur vt proprius inconuetos aīe exeat huiusmodi euenit frequentiam letandi ad letitiā frequentiam vero tristandi ad tristitiā disponere. Virtus autē roboratur calore & spiritu misso ad ei⁹ organum a natura ad motum iuuandū. Hęc autē est naturalis perscrutatio ei⁹ rei de qua statim ager Auic.

TEXTVS.

CAusa vero huius secundum naturalem perscrutationem est: quia letandi frequentiam duo sequuntur. Et primū. scilicet fortificatio spiritus quā in letitia propter dilatationem acquirit. Confortationem vero naturalis virtutis hęc tria consequuntur: quorū quodlibet est causa letitię. Primum tēperamentum spiritus. Secundū multiplicatio generationis ipsius supra illud quod ex eo dissoluitur. Tertiū est conseruatio ipsius a dissolutione superflua. Rectificationē spiritus cōsequuntur duo/ videlicet dispositio ad motū & dilatationem propter subtilitatem substantiē eius. Et secundū est attractio nutrimenti ipsius propter motum dilatationis in diuersam partē motui nutrimenti. Ista autē natura est inclinatio naturalis corporis ad euntā dū vacuū. De natura ei⁹ est talis motus: vt in ipso motu succedere faciat posteriora prioribus. Et sicut hanc naturā trahuntur aquę valde distātes vsque ad primos fluxus ipsarum: & venti similiter: & cutis etiam a ventosis: & aquę iterū

in fistulis. Tristandi vero frequentiam duo sequuntur: videlicet debilitas naturalis virtutis. Et secundum .s. inspissatio spiritus propter frigiditatem apud extinctionem caloris naturalis / causata a vehemēti coadunatione & coartatione spiritus. Ad hæc vero duo sequuntur contraria eorum: quæ paulo ante iā diximus. Est igitur manifestum: quod letandi frequentia disponit spiritum ad letitiam. Et tristandi ad tristitiam: & quod indispositis ad letitiam contristantia non imprimunt nisi fortia sint: letificantia tamen debilia imprimunt. Et similiter in tristitia fit econuerso.

Commentaria.

Dicitur in superiori parte princeps Auic. ratione monstrauit quod letandi ac tristandi frequentia disponant ad letitiam ac tristitiam. In hac parte monstrat causas quæ interueniunt in tali frequentatione / ut inde spiritus disponatur ad aliquam dictarum passionum. Et primo monstrat causas ad letitiam disponentes quæ frequentiam letandi insequuntur dicens. Quod causa secundum naturalem perscrutationem est quoniam ad frequentiam letandi sequuntur duo. Primum est fortificatio naturalis virtutis & per naturalem virtutem intelligit / tam virtutem vitalem quam naturalem utraq; enim fortificatur ex motu spiritus, calore totius adaucto in principalibus membris & alijs. Secundum est rarificatio spiritus quæ fit per motum. Ad primum .s. ad fortificationem naturalis virtutis tria sequuntur, quorum quodlibet est causa letitiae. Primum est temperamentum spiritus. Nam virtus fortis generat sanguinem temperamentum ex quo spiritus temperatus producit. Secundum est multiplicatio generationis spiritus. Quoniam virtus naturalis fortis ministrat copiam materis virtuti vitali pro generatione spiritus. Tertium est conseruatio ipsius a dissolutione superflua. Nam virtus naturalis fortis conmittatur temperantiam caloris, calore autem existente temperato non fit multa spiritus dissolutio: etiam virtus fortis conseruat spiritum veluti thesaurum. Hæc autem tria .s. temperamentum spiri-

tus: & multiplicatio generationis eius: & conseruatio eius a superflua resolutione / sunt causæ letitiae. Ad secundum .s. ad rarificationem spiritus duo sequuntur. Primo dispositio ad motum & dilatationem: rarius enim leuius est & paratius ad motum dempsio. Secundum est attractio nutrimenti ad generationem spiritus: propter motum dilatationis in diuersam partem nutrimenti .i. propterea quod spiritus mouetur a corde extra: oportet quod nutrimentum moueatur ab extra ad cor. .s. ab epate per venam magnam ut euitetur vacuum: motus igitur spiritus est in diuersam partem motui nutrimenti. Et hoc quidem fit a natura: quæ est naturalis inclinatio omnium rerum ad euitandum vacuum. Cum igitur spiritus mouetur a corde: ne detur vacuum: loco spiritus succedit sanguis implens cor. Et propter hanc causam .s. ne detur vacuum. Aquæ trahuntur a sua origine ad locum in quem primo fluxerunt: ut si primo vi trahantur per canules: aliæ succedunt. Et eodem pacto venti trahuntur. Et eadem de causa ventose atrahunt carnes & cuti aere prius igne rarefacto & postea igne extincto / aere dempsato. Eadem etiam de causa: aqua atrahitur per fistulam aere inspirato. (Tristandi vero frequentiam & c.) In hac parte princeps Auic. ostendit causas: propter quas frequentia tristandi disponit ad tristitiam dicens. Quod ad frequentiam tristandi sequuntur duo. Primum debilitas virtutis naturalis, calore debilitato. Secundum inspissatio spiritus: quæ fit propter infrigidationem ac extinctionem caloris naturalis causatam ex frequenti retractione spiritus. Ad primum .s. debilitatem virtutis Sequuntur tria .s. distemperies spiritus quod est primum. Secundum est diminutio generationis eius. Tertium superflua dissolutio eius: quæ omnia sunt disponentia ad tristitiam. Ad secundum .s. inspissationem spiritus sequuntur duo. Primum ineptitudo ad motum. Secundum est coartatio eius: quæ etiam disponunt ad tristitiam. Ex his igitur constat: quod letandi frequentia disponit spiritum ad letitiam: & tristandi frequentia disponit spiritum ad tristitiam. Etiam constat: quod indispositis ad letitiam causæ contristantes non imprimunt: nisi sint valde fortes & causæ letificantes etiam debiles imprimunt. Etiam indispositis ad tristitiam causæ letificantes non imprimunt: nisi valde fortes: & contristantes debiles imprimunt.

Tractatus

Primus.

TEXTVS.

De differentiâ debilitatis cordis seu
pusillanimitatis & tristitię &
eorum contrariorum

Cap. vij.



Debilitas Cordis & tristitia: quam quidam vocant cōstri-
ctionē pectoris siue cordis. Similia quidem sunt: & nihi-
lominus differunt. Et idem similiter iu-
diciū est de ipsorum contrarijs, s. for-
titudine cordis & letitia: quam quidā
appellant dilatationē pectoris siue cor-
dis. Latet autē differentia inter ista: pro-
pterea quia ad alterutrū cōmuniter cō-
sequuntur. Putatur etiā de duabus pri-
mis: q̄ sint passiuę dispositiones. De alijs
vero duabus: q̄ sint actiuę. At tamē
inter extrema vtriusq; cōtrarietatis est
differentia manifesta. Primo quidē quia
non consequetur adinuicem. Non em̄
oīs debilis corde est tristis: nec omnis
tristis corde debilis comparatione ad
rem contrariam. Similiter nec omnis
fortis corde est gaudens. Nec est econ-
trario. Secundo vero: qm̄ ipsorū ratio-
nes sunt differentes. Debilitas em̄ cor-
dis est dispositio sumpta respectu ter-
ribilium rerum: qm̄ est impotentia tol-
lerandi res illas. Tristitia vero summi-
tur respectu tristantium rerum: qm̄ est
paucitas tollerantię ipsarū a corde. Et
terribile nocumentū quidē est corpo-
ris. Tristans vero nocumentum est ani-
mę. Tertio similiter differunt quantum
ad cōsequentiā: quę sunt aīę. Nam de-
bilitas cordis mouet ad fugam. Trista-
ri vero seu cordis tristitia mouet ad re-
sistētiā siue ad repellendū: & causat affe-
ctum eius licitantis meditationis ī ali-
quo: & separationis ab eo: qd̄ est cōtra-
rium fugę, s. inuadendi. Preterea debi-

litas cordis tepescere facit motiuas. Vir-
tutes. Tristitia vero excitat: & mouet
easdem. Et sic in debilitate cordis duę
sunt passiōes: vna lesionis: alia delide-
rii: siue affectus. In tristitia vero vnica
est passio. s. nocumenti vel lesiōis. Nec
naturaliter sequitur ad eam affectus ad
fugam. Immo forsam eligitur ipsa fu-
ga ppter aliquod accidens: absq; appe-
titu incliuante ad recedendū. Et si dica-
tur appetitus & electio: est non natu-
ralis. Aut forsitā eligitur inuasio: & re-
pugnantia: & non fuga. Quarto iterū
differunt quantum ad consequentiā: quę
corporis sunt. Debilitatem namq; cor-
dis apud obuiationem proprii nociui
sequitur remissio naturalis caloris: &
victoria frigoris. Tristitiam vero apud
obuiationem proprii obiecti vel nociui
inflammatio naturalis caliditatis.
Quinto etiam differunt penes causas
dispositiuas. Ad cordis namq; debili-
tatē nimia subtilitas spiritus disponit:
& frigiditas cōplexionis ipsius. Ad tri-
stitiam vero densitas spiritus: & calidi-
tas suę complexionis.

Commentaria.



Dicitur in superiorib; princeps Auic.
exposuit causas gaudij & tristi-
tię tam intrinsecas q̄ extrinsecas.
In hoc capite: vt melius ignote-
scat natura tā gaudij q̄ tristitię, assignat dis-
crimen inter cordis debilitatem siue pusillan-
imitatem & tristitiam ex vna parte: & inter
contraria illorum, s. cordis fortitudinē & gau-
dium ex altera parte. Eo q̄ pusillanimitas &
tristitia videntur habere similitudinē inter
se & etiam fortitudo & gaudiū quo ad signifi-
ficata & ideo inquit Auic. q̄ latet differentia
inter ipsa ppter duo. Primum q̄ ad alterutrū
se consequuntur. Secundum: quia putatur de
primis duabus, s. pusillanimitate & tristitia q̄
sint dispositiones passiuę. Et putatur de alijs
duabus: q̄ sint dispositiones actiuę. Quare
opus erat assignare differentiam inter ipsa.

¶ Circa hanc lram est aduertendū; qd vt ostendatur in assignatione primę differentię: falsum est qd pusillanimitas & tristitia: & fortitudo & gaudiū se cōsequant adinuicē: verū in videtur se adinuicem cōsequi eo qd cōtingit aliqui pusillanimes esse, tristes & fortes letos. Etiam falsum est: qd pusillanimitas & tristitia sint dispositiones actiue. Quāto vt visum est: tristitia & gaudiū sunt passiuę dispositiones: pusillanimitas & fortitudo: vt mōstrabimus: aut sunt habitus ex pluribus actibus causati: aut sunt quędam naturales potētę: quę nec sunt actiones, nec passiones.

(¶ Primo quia nō consequuntur adinuicē:) assignat princeps Auicenna quinq; differentias dictarum dispositionum. Quarum prima est. Quod non consequuntur adinuicem.

Non enim omnis debilis corde est tristis: Nec etiā ois fortis corde est gaudens nec econtra

¶ Circa quā lram est aduertendū. Quod debilitas cordis aliter dicta pusillanimitas: & fortitudo cordis adinuicē opponuntur. sicut tristitia & gaudiū. Fortitudinem autē aliter accipit moralis: aliter vero phisicus & medicus. Moralis em̄ dicit fortitudinē virtutē quādā: quę est habitus & versat circa terribilia. Arist. em̄. 3. Ethicorū diffinit fortē. Fortis homo is pprie dicit: qui circa honestā mortē & oia: q̄ repente eueniūt: & asserūt ipsam interitū est. Fortitudo igit̄ erit habitus quo quis cōtēnit mortē honestā: & oia: q̄ asserunt ipsam. Phisic⁹ vero & medic⁹ appellant fortitudinē potentia quādā naturalē ad intēsum effectū pducendū. Quare dicerēt cordis fortitudinē virtutē cordis potentē exire ī fortes opationes.

Quęquidē virt⁹ aut est tēperamentū aut proprietas q̄dā: vt visum est supra primū caput. Et velut fortitudo sic pusillanimitas alit̄ sumitur a morali: aliter a Phisico & medico. A morali: vt est quidam habitus vitiosus cōtrarius fortitudini: cuius possessore pusillanimitē siue meticulosum Aristoteles appellat: & est: qui male se habet circa spem cū vniuersā metuat: vt ait Philosophus. 3. Ethicorū. A phisico autē & medico sumitur pusillanimitas pro virtute cordis debili: apud Hippocraiem tamen. 6. aphorismorū īproprie ponit pusillanimitas p̄ tristitia eo aphorismo. Si timor & pusillanimitas multū habeāt tps habentē melancolicū pficiūt: qd̄ indicat̄ ex theodorigaze translatione quę dicit. Si timor & metitia.

(¶ Secundo vero quoniam ipsorum ratios sunt differentes.) Assignat Auic. secundam differentia dicens: qd debilitas cordis & tristitia & fortitudo & gaudiū differunt secūdo: qm̄ ipsorū ratios. i. diffinitiones sunt differentes. Et assignat eorū ratios & primo de debilitate cordis dicens: qd debilitas cordis est dispositio sumpta respectu terribilium rerum hoc est habitus vitiosus qui versatur circa res terribiles, quoniam est in potentia tollerandi res illas. i. inclinans ad illas p̄tmescedas. Tristitia vero sumitur respectu rerum contristantium. i. nocentiū. Diffinitionem autē tristitię supra attullim⁹. Apertū autē est rationē pusillanimitatis differere maxime a ratione tristitię nā ratio illius est non tollerare terribilia: hui⁹ vero respuere nocentia. Quod autē dicte ratios differant: probat Auic. quoniam obiecta earum differunt terribile enim est nociuū corpori: contristans nociuum animę. Nā terribile: qd̄ respicit pusillanimitas est nocuum entum mortis illatiuū qd̄ r̄m̄ corpi est nociuum oē autē cōtristās soli aię passionē infert. Sicut differunt ratios pusillanimitatis & tristitię sic etiam differunt ratios fortitudinis & gaudię. (¶ Tertio similiter differunt quantum ad consequentia.) Ponit Auic. tertium discrimē quod se tenet ex parte consequentium: q̄ sunt animę. Ad pusillanimitatem enim sequitur fuga. i. auersio quędā animę ab obiecto. Ad tristitiam vero sequitur non auersio sed conuersio animę ad obiectum expellendum. Nam sicut ex habitu fortitudinis anima redditur cōstans ad terribilia aggrediēda: sic ex vicio pusillanimitatis aia redditur imbecillis: vt aueratur a terribilibus ei oblati. Etiam sicut ex letitia anima allicitur ad res delectabiles capefcēdas. Sic ex tristitia anima impellitur ad fugādas siue expellendas a se contristantes. Et causat affectum eius licitantis meditationis in aliquo: hoc est tristitia causat affectum: quo quis elicit meditationem: vt separet a se id qd̄ contristat. Differunt etiam quo ad consequentia, secundo: quoniam pusillanimitas facit tepescere motiuas virtutes: hoc est: in pusillanimitate virtutes motiuę sunt debiles: maxime cum offeruntur terribilia: cui⁹ causa est metus futuri mali illis imminētis: qui consequitur pusillanimitatem. In tristitia vero dicte virtutes nō debilitantur eo modo: quoniam calor retrahit̄ ad cor & nō ad inferiora. Immo

Tractatus

in tristitia tutes excitant ad fugiendum nocturnum
Et sic in debilitate cordis due sunt passionis.
hoc sane est intelligendum. Nam ut dictum est pu
sillanimitas non est passio. Intelligendum igitur
est: In pusillanimitate cum obiecta terribilia of
feruntur concurrunt unus habitus: qui est pusil
lanimitas: & una passio: que est timor. Ad tristi
tiam vero nulla alia sequitur passio. Nec natu
raliter ad eam sequitur affectus ad fugam. Et
si eligatur ipsa fuga: non ratione sui: sed ratio
ne alicuius rei superuenientis. Hic per fugam
intellige auersionem animae. **¶** **¶** Auic. videtur
intelligere auersionem corpoream. quoniam dicit absc
appetitu recedendi. Itaque si in tristitia sit appe
titus ad fugam: ille erit non naturalis. (Et si di
catur appetitus & electio est naturalis.) hoc
est **¶** **¶** in tristitia dicatur esse appetitus & ele
ctio ad fugam: non est ex natura tristitiae sed ra
tione alterius rei. Quinto ex eius natura eli
gitur potius inuasio: siue repugnancia & non fu
ga.) Quarto iterum differunt.) In hac par
te princeps Auic. assignat quartum discrimen:
quod est ex parte consequentium: quae sunt cor
poris. Quoniam pusillanimitatem apud ob
servationem proprii obiecti consequitur remis
sio naturalis caloris: & victoria frigoris: cuius
causa est quoniam pusillanimes cum terribilia eis of
feruntur: timent. ad timorem autem ut supra vi
sum est: sequitur caloris ad inferiora retractio
& frigiditas superiorum & tremor & pallor.
Vbi aduerte dictam frigiditatem non esse effe
ctum pusillanimitatis sed timoris. Tristitiam
vero non sequitur infrigidatio: quoniam potius in
flamatio totius: cuius indicium est: quod sepe agge
nerat febrem effimeram: ut constat ex senten
tia Galeni. 1. de differentiis febrium: etiam ex sen
tentia Auic. 1. Fen. 4. & ex omnium medicorum sen
tentia. Verum non negandum est: quoniam perse
uerans tristitia infrigidet corpus spiritu reso
luto: & virtute debilitata. Hoc autem genus discrim
inis non reperitur inter fortitudinem & gau
dium. (Quinto differunt penes causas dispo
sitiuas.) Assignat Auic. quintum discrimen:
quod se tenet ex parte causarum dispositiuarum.
Quoniam ad pusillanimitatem disponit sub
tilitas nimia spiritus: & eius frigiditas: Ad tris
tiam vero spiritus grossities: & eius caliditas.
quod sano modo est intelligendum. Nam ut su
pra dictum est: ad tristitiam disponunt tam ni
mia subtilitas quam nimia grossities spiritus: etiam
spiritus frigiditas disponit ad tristitiam velut

Primus.

& eius caliditas. Quare intelligendum est: quod
pusillanimitas non potest consequi ad densi
tatem & caliditatem spiritus: sicut tristitia sepe con
sequitur. Tristitia enim sepe contingit in com
plexionibus calidis **¶** **¶** sepe etiam infrigidis
eueniat. Pusillanimitas vero non nisi infrigidis
vbi spiritus est multae subtilitatis: ut in mu
lieribus & eiusmodi effeminatis viris. In sum
ma inter pusillanimitatem & tristitiam est quin
tuplex differentia. Prima quod non se consequuntur.
Secunda quod eorum rationes formales sunt
diuersae: & obiecta diuersa. Tertia quod quae con
sequuntur ipsa ex parte animae sunt diuersa.
Quarta quod quae consequuntur ipsa: quae sunt
corporis: sunt diuersa. Quarta quod dispositioes
ex quibus sequuntur: sunt diuersae: nam pusilla
nimitas insequuntur frigiditatem & subtilitatem
spiritus: tristitia vero insequitur tam grossitatem
quam subtilitatem: & tam caliditatem quam frigiditatem
spiritus. Inter fortitudinem vero & gau
dium tres tamen primae differentiae reperiuntur.

TEXTVS.

Qualiter sanguis secundum
sui diuersitatem causat
differentes passiones
cordis Capi
tulum. viij.



Anguis abundans et clarus
& additae caliditatis propter
multitudinem suae inflam
mationis & velocitatem sui mo
tus disponit ad iram. Abundans autem & cla
rus & temperatus: quoniam ex eo generatur co
pia clari spiritus & substantiae laudabilis
& temperatae complexiois: disponit ad gau
dium. Sanguis autem subtilis & clarus &
aquosus & frigidus disponit ad timo
rem & cordis debilitatem: propterea
quia spiritus ex eo generatur est grauis mo
tus ad extra & inflammationis modicae
propter frigiditatem & humiditatem illius:
& ideo non disponit ad letitiam: nec ad
iram. Et cum sit celeris resolutionis pro
pter suam subtilitatem: est etiam generatiois ex

igne propter frigiditatem. Sanguis autem grossus & turbidus & additæ caliditatis disponit ad tristitiam & iram etiam perdurantem. Ad tristitiã quidẽ quia generat ex eo spūs turbidus. Ad irã vero quia velociter inflãmat ppter caliditã suã. Quod autem efficit firmã iram: est spissitudo eius. Spissum em̄ quãdo cale fit: tarde ifrigidatur. Ira vero causata ex sanguine colorico & subtili velociter excitatur et delet ppter intensam caliditã spūs ex eo gnati & ei⁹ tenuitã. Si vero cū hoc splẽdidus & clarus fuerit sanguis: est etiã letificã. Sanguis autem grossus & additæ caliditatis nõ turbidus: qd raro cõtigit: efficit hoiez nõ tristem: sed audacẽ: & fortis cordis: & est modicã irẽ: ppterea qd letitia frãgit irã: et tristitia disponit ad eam. Ira em̄ est mot⁹ ad expellẽdũ. Letificãtia vero delectatiõĩ cõueniẽtia sunt. Indelectatione vero fit quasi motus ad attrahẽdũ. Idcirco i tali hoie ex rebus magnis causatur ira: et est vehemẽs ppter spessitudinẽ spūs ei⁹. Et ppter etiã eandem causam est parui timoris. Sanguis autem grossus et additæ frigiditatis/ et nõ turbidus nec tristabilẽ/ nec iocũdũ efficit hoiez/ nec etiã fortis irẽ. Sed est medio criter timid⁹: et est etiã hebes/ et sincer⁹ in omnibus reb⁹ propter similitudinẽ sui spiritus ad sanguinem eius. Sanguis autem grossus/ et additæ frigiditatis/ et turbidus/ facit hominem desolabilẽ et tristabilem/ et etiam lentã irã: nisi ex fori causa: et eius ira minus est firma q̄ in calido et habente ceteras conditiones huic similes: firmior tamẽ est in eo q̄ in sanguine subtilis substantiã: proinde est homo rancris aut odij.

Commentaria.



N hoc cap. princeps Auic. ostendit sanguinẽ sꝑ sui varietatẽ eẽ causã diuersarũ passionũ: cãm iquã mediatã iñ iñsecã: p̄ em̄ est mã gnatiõis spūs & ei⁹ variã dispositionẽ iñsequit va

ria spūs dispositio: & sic est cã variarũ passionũ. Cõtinet autem capitulũ duas partes: in quarũ Prima ostendit quod distũ est. In secũda occasiõẽ sibi data diffinit odiũ: & ostendit causas: quare odium siue rancor maxime causef in habentibus sanguinẽ grossum intẽsã frigiditatis & turbidũ & incipit ibi. Odiũ em̄ est perseuerãtia. ¶ Prima ps diuidi põt in tot partes quot ponit sanguinis diuersitates disponẽtes ad varias passiones. Sanguis autem variat aut ex parte quantitatis: & sic sunt tres ei⁹ differentiã. s. multus paucus mediocris. Aut ex pte cõplexionis & sunt. 9. ei⁹ differentiã sicut iunt cõplexionũ spēs. 9. simplices. 4. cõpositã 4. distẽperatẽ: & vna tẽperata. Aut ex pte substantiã: & sic cõtinet. 3. mēbra. s. subtil' gross⁹ & mediocris. Aut ex pte lumis & sic cõtinet duo mēbra. s. turbid⁹ & clar⁹ siue obscur⁹ ac tenebros⁹ & clar⁹. Hęc sunt simplices sanguis differentiã. Complexi sunt complures: sicut distã simplices possunt multis modis copulari. Verũ tñ ex dĩa multiplicitate princeps Auic. solũmodo ponit octo aut nouẽ differentias cõpositas: quarum quẽuis est causa variarũ passionum a passionibus ab alijs causatis. Inquit igitur primo qd Sanguis abundans in quãtitate clarus & intensã caliditatis disponit ad irã Cuius causam assignat multitudinẽ suẽ inflãtionis: & velocitatem sui motus: calidi em̄ est mouere velociter. Ex eiusmodi enim sanguine generatur multa copia spiritus. & intẽsã caliditatis: qui facile mouet ad irã facileq; accedit i corde: huiusmodi etiã sanguis disponit ad letitiã ppter sui claritã min⁹ iñ q̄ ad iram. Sanguis autem abundans clarus cõplexionis temperate disponit maxime ad gaudium: quoniam ex eo generatur copia spiritus clari substantiã mediocris. & cõplexionis temperatã. Hic autem obticuit Auic. alias differentias: in quibus abundã compõnitur cum alijs: vt Abũdã obscurus & calid⁹: abũdã obscurus & frigid⁹: abũdã clar⁹

Tractatus

rus & frigidus. Quoniam ex his: quae dixit in duabus differentiis: & dicit in sequentibus: potest quis elicere: ad quas passiones ille disponant. Sanguis autem subtilis & clarus & aquosus & frigidus disponit ad timorem: & cordis debilitate, id est, pusillanimitatem: cuius causa est, quoniam spiritus exogenitus propter sui frigiditatem est tardus motus ad superiora: propter sui autem aquositatem est velocis motus ad inferiora etiam est modice inflammatus, & facilis resolutionis: propter suae subtilitatis subtilitatem: est etiam paucis quantitatis propter naturae frigiditatem quare dispositus ad timorem & pusillanimitatem: non autem neque ad iram, neque ad letitiam, neque multum ad tristitiam. Sanguis autem grossus turbidus, & intensae caliditatis disponit ad tristitiam & ad iram perdurantem. Ad tristitiam quia ex eo generatur spiritus turbidus. Ad iram vero quoniam facile incurrit inflammationem, propter suam caliditatem: Firmitudo autem irae fit propter grossitatem substantiae spiritus generati ex eo: grossa enim substantia licet difficile suscipiat impressionem: difficile tamen relinquit: ut patet in ferro calefacto. Contrarium huius contingit in ira causata ex sanguine subtili, & colico: nam ea velociter excitatur: & velociter deletur: quoniam spiritus generatus ex dicto sanguine est intensae caliditatis: & tenuis siue subtilis substantiae. Quod si sanguis talis, id est, subtilis & calidus fuerit simul & clarus disponet ad letitiam & ad iram facile placabilem. Sanguis autem grossus intensae caliditatis non turbidus immo clarus: quod raro contingit: propterea dicit quod raro contingit quoniam intensae caliditas cum substantiae grossitatis arguunt adustionem: quod autem aduritur fit turbidum ac nigrum. Verum tamen aliquando contingit sanguinem esse grossum intensae caliditatis & clarum. Talis igitur sanguis efficit hominem letum audacem & fortem & modice irae letum propter claritatem spiritus generati ex sanguine claro. Audacem & fortem propter vehementem cordis caliditatem, & copiam spiritus, & difficultatem eius resolutionem. Quo differat audax & fortis: visum est supra. Fortitudo enim est virtus media. Audacia & metus sunt vitia extrema, ut refert Aristoteles ethicorum libro 3. efficit autem dictus sanguis hominem moderate irae: quoniam preparatio ad gaudium non potest coniungi cum vehementi preparatio ad iram. Nam dispositio ad gaudium diminuit dispositionem ad iram: quod sic probat Avicenna. Quia motus irae & letitiae

Primus.

sunt quodammodo contrarii. Nam motus sanguinis & spiritus in ira est ad expellendum. In letitia est quodammodo ad attrahendum. Dicitur enim est supra: quod in ira virtute appetitiva percipiente obiectum nocivum imperat virtutibus inferioribus: ut moveantur ad obiectum propulsum: Quare sanguis et spiritus movetur subito ad corporis extrinsecas partes. In gaudio vero virtute appetitiva percipiente obiectum delectabile: ipsa imperat virtutibus inferioribus: ut moveantur ad ipsum capessendum. Quare sanguis movetur ad extra quasi attractus obiectum: & movetur paulatim. Dicitur motus vere non sunt contrarii: quoniam uterque est ad exteriora. Verum videntur participare aliqua contrarietate, id est, finis: nam finis unus est ad expellendum: finis alterius ad attrahendum. Ad rem igitur redeundo Sanguis grossus intensae caliditatis & clarus non vehementer disponit ad iram quia disponit ad letitiam. Verum tamen si ipsum huius irascatur propter aliquam fortem causam, ira est perseverans, propter spiritus grossitudinem. Tales etiam sunt parvi timoris propter grossitatem spiritus & difficilem eius resolutionem: & eiusdem caliditatem. Circa id quod dicit Avicenna in littera: quod tristitia disponit ad iram: est advertendum quod id est sane intelligendum. Nam tristitia nullatenus disponit ad iram: cum in tristitia calor minuatur: & spiritus conculcetur: & fiat ineptus ad motum. Sed intelligit Avicenna quod citius contingit dispositos ad tristitiam irasci quam dispositos ad gaudium. Aut quod potius dispositio ad tristitiam & iram reperitur simul quam dispositio ad gaudium & ad iram. Sanguis autem grossus, & intensae frigiditatis, & non turbidus efficit hominem nec ad gaudium nec ad tristitiam dispositum nec fortis irae. Sed mediocriter timidum & hebetis ingenij: & simplicem: & sincerum. Non dispositum ad gaudium propter frigiditatem intensam spiritus, & eius immobilitatem. Non ad tristitiam propter sui claritatem. Non fortis irae propter frigiditatem spiritus. Verum cum irascitur ira est perseverans propter grossitatem substantiae spiritus. Mediocriter timidum propter intensam frigiditatem spiritus. Sed quoniam spiritus est difficile resolubilis propter grossitatem suae substantiae: talis non est multum dispositus ad timorem. Hebetudinis ingenij causa est grossitas ac frigiditas spiritus, ac tarditas motus eius in servitio virtutum animalium interiorum. Simplicis vero causa est parva dispositio ad passiones

flones animę. Subiecti enim varijs animę passionibus: efficiuntur cauti, ac subdoli. Ad id etiam adiuuat ingenij, hebetudo. Sanguis autem grossus intensę frigiditatis & turbidus efficit hominem tristem & lentę irę, nisi ex fortis causa. Triste ppter spūs geniti ex tali sanguine, turbiditate. Lentę irę ppter frigiditatē spiritus. Cū autē irascuntur ppter aliquā fortē causam ira eorū est firma. Minus in quibus in habentibus sanguinē calidū grossum & turbidū: verūm est magis firma quā in hūmilibus sanguinē calidū subtilis substantię. Eo quod ut dictū est: impressio, quę fit in grossa substantia est p̄durās. Causa autē ppter quā in habentibus sanguinē grossum & calidū ira est magis firma quā in habentibus ipsū grossum & frigidū est: quoniam in illis est maior dispositio ad irā, quare maior fit impressio & maior intensio. Ex quibus infertur. Aut. quod homo hūmilibus sanguinē frigidū grossus & turbidū si irascatur cū ira sit in ipso firma erit homo rancoris aut odij vbi aut ponitur p. i. idem enim sunt rancor & odium hoc autē corrolarium ex sequentibus constabit.

TEXTVS.

Odiū autē est p̄seuerātia formę nociui in imaginatiōe seu fantasia & p̄seuerātia simul imaginatiōis affectus ad vindictā sumēdā ex eo. Hoc autē est ideo: quia ira ē quodā modo firma & motus ad vindictā nō valde fortis & quod etiā ira nō ē cōtra valde fortē: nec cōtta debile valde. Sciēdū est em̄ quod ira quā cessat velociter: nō p̄durat in imaginatiōe seu fantasia forma nociui: sed cito deletur: & ideo nō causat rancorē. Et similiter quā est affectus & motus ad vindictā valde fortis: accidūt duo p̄hibētia odiū seu rancorē. Quorū vnū est: quoniam aīa quā totaliter ad vindictā trahitur: & mouetur: auertit a cōsideratiōe cōditionū nociui & eorū quę sequuntur ad ipsum ab instātia formatiōis, memorię. De natura em̄ motiue virtutis est: vt apprehēlis nociuis: vt retrahat aīam: etiā econuerso. Secūdū vero: quod quā valde intēdit

affectus ad vindictā in aliquo: & nō ingreditur ipsū timor: puenit ad hoc: vt ex affectus instātia: vt efficiat quęsitū apprehēsum & iam obtētū apud imaginatiōem ipsi. Cū em̄ ad vindictā aliq̄ virtutis motus intēdit: & versus illud festinat valde: representat illud imaginatiō quasi obtētū & iam existēs. Cū vero in imaginatiōe in primitiua forma quęsitū siue desiderati sicut forma iam existētis: & ad eam puenit forma ei: sicut forma rei: ad quā terminat motus: cessat affectus ab imaginatiōe: & deletur in eo forma: ita quod in memoria nō p̄durat: & ideo nō fit rancor. Nociuū vero cū est magnū: sicut res aliqua magni timoris: tūc desperatio de vindictā obtinēda: & timor p̄hibēt fixionē in aīa formę desiderij ad vindictā: proinde delet representatio formę desiderij & formę nociui ab imaginatiōe seu fantasia. Quā imo representat forma timoris existētis in aīa. Proinde etiā ibi representat forma desiderij ad fugā: nō ad inuasiōem: & ideo tūc in aīa nō p̄durat forma rancoris. De paruis autē debilibus quia facilis est possibilitas sumēdi vindictam ab eis: & modicum timeatur: representatur ac si iam fuisset accepta: cum em̄ est nimia leuitas accipiendi vindictā: representatur apud imaginatiōem quasi obtētū & iam existēs. Imaginatio autē mouetur: nō sicut id quod est in re. Sed secundum id quod in ea representatur: & ideo cum apud eā vindicādi leuitas presentē: quasi obtētū reputat vindicatio ex debilibus sicut accepta. Et idcirco incontinenti cadit affectus ab ea: & deletur. Quod autē imaginatio moueat sicut representata: non sicut exigētia rerū: manifestat ex eo: quod homines mel aborret: quando apud eos euomit colore assimilatur. Similiter cibos laulabiles atque lapidos: quoniam colores eorum assimilatur

Tractatus

coloribus horribiliam corporum/ & etiam forma formis: quibus etiam talia non esse credantur. Similiter in proposito/ quando quaedam similitudo rei supra dictę representatur: siue propter vehementiam motus desiderij: siue propter leuitatē acquisitionis desiderati: tanquam esset obtentum: afficit: ac si iam realiter esset: & ideo non fit rancor. Sic ergo ex predictis est manifestum: quod inter complexiones superius nominatas vltima est valde disposita ad rancorem.

Commentaria.



In hac secunda parte princeps Aul. diffinit odium: & assignat conditiones requisitas ad causandum odium & simul ostendit: quo pacto homines habentes sanguinem grossum/ frigidum/ et turbidum sint magis dispositi ad odium: quam habentes aliquam aliam sanguinis dispositionem ex naratis: occasione sibi ad hec data: quoniam dixerat dictos habentes sanguinem grossum frigidum & turbidum: cum irascuntur esse homines rancoris & odij: licet raro & ex forti causa eos irasci contingat. Primo igitur diffinit odium dicens. Odium est perseverantia forme nocui in imaginatione seu fantasia. Et perseverantia simul imaginationis affectus ad vindictam sumendam ex eo. Quę quidem diffinitio est causalis: cuius intellectus est. Odium est passio causata ex perseverantia forme nocui: hoc est ex abstractiva cognitione nocui facta in imaginatione seu fantasia: ubi improprie sumit fantasiam pro cogitativa virtute. Nam cum quis irascitur: si species nocui seruetur a memoria: & postea in absentia obiecti dicta species presentetur virtuti imaginatiue seu cogitatiue: ex dicta presentatiōe causatur cognitio abstractiva nocui: quę est causa rancoris seu odij. Et perseverantia simul imaginationis affectus ad vindictam: hoc est odium etiam est passio in qua est affectus ad vindictam perseverans in imaginatione. Nam sicut ira dicit duo ut supra visum est .i. obiecti nocui refutationem/ & appetitum ad vindictam. Sic etiam odium dicit illa duo: verum tamen

Primus.

differunt in hoc: quod ira causatur in presentia obiecti ex eius intuitiva cognitione. Odium vero in absentia obiecti ex eius abstractiva cognitione. Et sic in summa odium est passio: qua & obiectum nocivum repellitur: & vindicta desideratur ex cognitione abstractiva causata. Ita quod est ira inueterata. (Hoc autem est ideo.) Hic Aul. assignat quatuor conditiones requisitas ad hoc: ut ex ira causetur odium. Prima quod ira sit convenienter intensa: & non sit levis. Secunda quod ira non sit valde fortis siue intensa. Tertia quod ira non sit contra valde fortem. Quarta quod non sit contra valde debilem. Defectu primę conditionis: ira quando est remissa: & cessat velociter: non est odij causativa. quoniam forma siue species nocivi non figitur in memoria. Defectu autem secundę conditionis. Ira valde fortis in qua .i. est valde fortis motus affectus ad vindictam: non est odij causativa: propter duas causas. Prima quoniam quando virtus appetitiva vehementer appetit vindictam: propter suam vehementem affectionem distrahit virtutem cogitativam a consideratione nocivi: quare nulla remanet imago de ipso in memoria: quare in absentia nocivi non possit causare eius recordationem: ad quam odium sequatur. Secunda causa est quoniam quando affectus ad vindictam est valde intensus: & nullus adest timor: ex nimia intensione affectus evenit: quod imaginativa virtus reputat questum .i. vindictam esse obtentam. Et cum imaginativa reputet ac si vindicta esset obtenta: statim affectus ad vindictam cessat in appetitiva: quo cessante non remanet in memoria imago nocivi: neque etiam imago vindictę desideratę: & sic nullum causatur odium. Defectu quoque tertię conditionis. Ira quę est contra valde fortem non est odij causativa. Cuius causa est: quoniam quando ira est contra valde forte obiectum/ ac nimis nocivum: ipsa ira contingit solet cum timore: & fit desperatio de obtinenda vindicta: timor autem & desperatio de vindicta obtinenda sunt causa: quod non figatur in memoria imago nocivi/ nec etiam imago vindictę exoptatę: quoniam timor sepe compehilit fugam potius quam vindictam exoptare. Ut si quis acceperit iniuriam a potentiore se ut a rege desperabit de vindicta obtinenda: quoniam ubi considerabit de vindicta: timebit maius malum sibi posse inferri. Quare debetur omnino ab eius mente/ & forma nocivi/ & forma vin

diste. & sic nullus cauabitur rancor. Defectu quartę conditionis, ira: quę est contra obiectū valde debile non est odij causatiua. Cuius causa est: quoniam quando ira est contra paruū & debilem facillimum est summere vindictam quare paruipenditur consideratio obiecti: & affectus vindictę: & representatur imaginatiue: ac si vindicta esset obtenta: quare nulla remanet imago neq; nociui: neq; vindictę desideratę: & sic non causatur odium. Distas quatuor conditiones ponit Auicenna. vbi dicit hoc autem ideo est. id est odium ppter ea causatur. Primam conditionem: vbi dicit. Quia ira est quodāmodo firma. Secundam vbi dicit: & motus ad vindictam non est valde fortis. Tertiam vbi dicit. Et q̄ etiam ira non est contra valde fortem. Quartā vbi dicit. (Neq; debilem valde). Defectum primę conditionis assignat, q̄n dicit. Sciendum est em̄ q̄ ira q̄n cessat velociter. Defectum secundę conditionis exprimit: vbi dicit. (Et similiter quādo est affectus.) & eius primā causam exprimit: vbi dicit. (Quorum vnū est.) secundā vbi dicit. (Secundū vero.) Defectum tertię conditionis exprimit vbi dicit. (Nociuū vero cū est magnum.) Defectum vero quartę conditionis exprimit vbi dicit. (De paruīs & debilibus. (Qm̄ anima: q̄n totaliter ad vindictam trahitur, & mouetur: auertitur a cōsideratione conditionū nociui). i. auertitur a faciēda impressione in considerandis quantitate & qualitate nociui: (Et eorum quę consequuntur ad ipsum). i. etiam auertitur ab imprimēdo refutationem obiecti nociui: refutatio enim obiecti nociui sequitur ex eius cōsideratione. (Ab instantia formationis memorię:) hoc est etiam auertitur ab instanti siue vehemēti formatione memorię obiecti. (De natura enim virtutis motiuę est: vt apprehensis nociuis retrahat animam.) hoc est de natura virtutis appetitiuę est: vt cum sibi offeruntur nociua vt refutet ea: vbi virtutem appetitiuam appellat motiuam: eo q̄ mouet animā aut ad cupiendum, aut ad refutandum. (Cū vero in imaginatiōe imprimitur forma questī siue desideratī, sicut forma iam existentis: et ad eam peruenit forma ei⁹ sicut forma rei: ad quam terminatur motus:) hoc est: cum virtus imaginatiua comprehendit aliquam rem ac si esset existens: & sic comprehendit dictam rem ac si motus siue affectus virtutis appetiti

uę esset terminatus & completus. Virtus em̄ appetitiua mouetur ad vindictam: & virtus imaginatiua comprehendit rem: ac si dictus motus ad vindictam esset terminatus ac completus. (Accepta vindicta cessat affect⁹ in imaginatione.) hoc est cessat appetitiua imaginatiue correspondens habere affectum ad vindictam: & etiam non figitur in memoria imago vindictę desideratę.

(Quod autem imaginatio moueat fm̄ representata &c.) In hac parte princeps Auic. mōstrat nōnullis exemplis: q̄ virtus imaginatiua sepe mouetur secundum naturam fantasmatum ei⁹ presentatorum: & non fm̄ naturam rerum vere existentium. Vt exemplo mellis: nōnulli em̄ abhorrent mel quoniam assimilatur coleuomite & cū videt mel: presentatur fantasmatice siue imaginatiuę colera euomita: quare virtutes inferiores naturales obsequētes imaginatiuę mouent stomachū in abominatiōnem mellis. Idem contingit aliquibus cū eis offeruntur cibi horridi coloris vt lutel aut crocei aut nigri. Eodem pacto in proposito: quādo motus irę est fortis aut cōtrabilem: vindicta presentatur imaginatiuę ac si esset obtenta: quare appetitiua virtus quietatur: ac si realiter esset obtenta.

(Circa quam litteram est aduertendum: q̄ potestas virtutis imaginatiuę in mouendo omnes virtutes inferiores secundum exigentiam rerum sibi presentatarum est mirabilis. Non em̄ solum mouet virtutes naturales: vt constat ex exēplis adductis in littera. Sed etiā mouet virtutes sensitivas. Ita vt sepe obiecta presentia virtutibus sensitivis exteriorib⁹ non cōprehendantur ab eis fm̄ rei veritatem: sed fm̄ q̄ imaginatiua cōprehendit propter fortem adhesionem virtutis imaginatiuę ad ali quod rei simulacrum: vt patet in melancolicis: qui sepe errant circa obiecta visa, & audita, & tacta, & odorata: & etiā gustata. Huius rei exempla sunt innumera. Galenus libro. 3. interiorū morborū hęc adducit. Siquidem ali⁹ se testam factum putauit: atq; ideo obuiantibus cedebat, ne collideretur. Alter gallos cantare audiens: vt hi alarū: sic ille brachiorum plausu latera quatens, animantium sonum imitatus est. Auic. vero Fen p̄ma tertij canonis inquit: de melancolicis. Et q̄nq; res proprię in hoc habent impressionem: & cum hoc quandoq; imaginatur res coram oculis suis:

quæ non sunt sane. Et quandoq; imaginatur
se ipos factos reges, aut lupos, aut demones,
aut aues, aut instrumenta artificialia. Etiam in
melancolicis ex amore contingit sepe: vt que
cunq; offeruntur eis: existiment esse amatam:
& q; cunq; vox eorum auribus afferatur: exi-
stiment esse vocem amatæ. Hec aut omnia cõ-
tingunt ex potentia virtutis imaginatiuæ in
mouendo virtutes inferiores s; exigentiam
rei representatæ dictæ imaginatiuæ. Ad eandẽ
causam referendum est: q; si quis videat quẽ
olcitantem: mouetur ad olcitantum. Etiam si
quis videat quem mingentem: Inouetur ad
mingedum. Si quis videat aliquem acerba co-
medentem: dentes eius congelantur: etiam si
quis audiat lapides, aut rem asperã ressecari:
dentes sibi stridebunt. Ad eandẽ causam oportet
referre similitudinem infantium cũ rebus
imaginatis hora conceptionis ab eorũ paren-
tibus. Quãq; aliq; aliter de his sentiãt: n̄ omni-
bus bene perspectis: si alias afferãt causas: ipse
ad hanc referuntur: vt apud Aristotelem. 7.
libro pblematũ pblematisbus/primõ & 2. &
3 & 4. & 5. & 6. & 8. & Libro 35. problema-
te 3. (Sic ergo ex p̄dictis est manifestum.) In
hac parte Autc. Infert ex dictis: q; habetes san-
guinẽ grossũ, frigidũ, & turbidũ sint magis
dispositi ad odium, q; habentes sanguinem,
alio modo ex dictis in littera dispositum. Et
q; in iporum ira cõcurrũt duæ primæ cõditio-
nes requisite ad causandum odiũ. Prima qm̄
illorum ira non est leuis: immo est conuenien-
ter firma. Secunda qm̄ motus ad vindictam
non est valde fortis ppter sanguinis frigiditatem.
Et supponendum est: q; cum odiũ cau-
satur: concurrant aliæ duæ conditiones. 1. q; motus
non sit contra valde fortem. Neq; cõ-
tra valde debilem. Tamen hęc non sunt neces-
sariæ ad hoc: vt quis sit dispositus ad odium:
licet sint necessariæ ad causandum odiũ. Nã
primæ duæ causę sunt intrinsecę hęc duę vlti-
mę extrinsecę.

TEXTVS.

De differẽtibus modis letifi-
candi & confortandi
reperitis in medi-
cinis.

Capitulum. ix.



Edicinę letificãtes
letificant quidem
propter aliquã su-
pradictarum causa-
rum vt pote. Vel
quia nutriendo res-
taurant spiritum:
sicut vinũ. Vel pre-

bente ei splendorem & lumen: sicut mar-
garita & sericũ cum potenria absterge-
di: quam habent. Vel congregando &
phibendo celerem dissolutionem ipsi?
sicut embelici: & karabe. Aut temperã-
do complexionẽ: siue cum caliditate:
vt doromicum siue cum frigiditate: vt
cãphora & aqua rosarum. Aut confor-
tando ppter delectabilem complexio-
nem ipsius: sicut suauia aromatica. Aut
sequestrãdo melancolicũ turbidum hu-
morem ab eis: sicut buglosa & lapis la-
zuli. Et illud separatim: vt dictũ est: aut
coniunctim: sicut, si coniungatur coral-
lus & karabe & buglosa: quemadmo-
dũ docebimus in capitulis vltimis hu-
ius libri. Aut forte letificant ppter pro-
prietatez: sicut Hyacinthus. Proprietas
autem qm̄ q; coniungitur alicui p̄dictarum
causarum: sicut in musco & ambra:
Hæc eni letificant cũ proprietate: q; iũ-
giã aromaticitati refocillãti spũs. Simi-
liter etiã succus macianorũ. Ipse eni le-
tificat cuz proprietate: & quando ipus
complexio est calida valde: letificat si-
mul quidem cũ proprietate ignota &
cũ aliqua causa ex cognitis. Videlicet
cum frigiditate. Doromicum similiter
quidem cum pprietate letificat: & quã-
do spiritus complexio frigida est. leti-
ficat etiam proprietate simul temperã-
do complexionem per calefactionem.

Commentaria.



Osque in superioribus princeps Avic. optime explicuit omnes causas tam intrinsecas quam extrinsecas disponentes ad gaudium & tristitiam. In hoc capite agit de variis modis letificandi et confortandi cor repertis in medicinis. Et dividitur caput hoc in duas partes: in quarum prima docet quibus modis medicinam inducunt letitiam. In secunda ponit nonnullos canones directiuos: docens qualitates coniunctas proprietatibus in medicinis aliquando indigere repressione aliquando vero non: quae incipit ibi. Supra dictarum autem. Prima pars continet septem partes: velut septem sunt modi letificandi in medicinis reperti. partes patebunt. Ante inquam descendat Avic. ad explicandos dictos modos ponit hanc conclusionem. Medicinam letificantes letificant propter aliquam supra dictarum causarum. scilicet intrinsecarum: quae se tenent ex parte spiritus: & sunt quantitas & qualitas & substantia ac lumen spiritus. ut videlicet sum est capite. 4. huius libri. Medicinam igitur letificant aut ad augendo spiritus quantitatem: aut substantiam eius restituyendo: aut complexionem temperando. (Vel quia nutriendo restaurando &c.) Consequenter connumerat modos letificandi repertos in medicinis quorum primus est. Quia nutriendo restaurando spiritum: ut vinum. Et succus carniū laudabilium & aqua carnis & vitella ouorum & alia cuiusmodi optimi sanguinis generatiua. Secundus modus letificandi est: quia praebent splendorem spiritui. Et hanc vim praesertim habent medicinae splendidae: ut margaritae sericum, lapilli preciosi, corallus, camphora, Karabe, aurum, argentum, & similia. quae omnia habent vim abstersiuam: & sua vi abstergunt fumos & vapores turbidos a spiritu. Tertius modus est quia congregant substantiam spiritus: & prohibent ipsorum resolutionem: ut mirabolani embilici & Karabe, & mirtus, & rosa: & similia: quae sua striticitate corroborant spiritum. Quartus modus letificandi repertus in medicinis est: quia temperant complexionem spiritus. Aut sua caliditate cum spiritu est complexionis frigidae: ut doronicum, zedoaria, muscivum, Cinamomum, & similia. Aut sua frigiditate: quum spiritus est complexionis calidae: ut cam-

phora, aqua rosarum, succus pomorum, nenular & similia. Quintus modus est: quia confortant naturam. Et hoc modo letificant dulcia & aromatica: afferunt enim delectationes & delectando confortant cor: & restituant spiritum: quare letificant. Sextus modus letificandi est: quia medicinae euacuant humorem turbidum permixtum cum spiritibus: & ipsos mundos relinquunt. Ut buglosa, lapis lazulus, lapis armenus, agaricus, & eiusmodi. (Et illud separatim ut dictum est aut coniunctim:) postquam princeps Avic. assignauit sex modos letificandi repertos in medicinis. Ponit talem diuisionem: medicinarum letificantium quae dicitur letificat vno tantum dictorum modorum: quaedam vero pluribus. ¶ Exemplum primum est vinum: quod solum nutriendo letificat. & lapis lazuli, qui solum euacuando humorem melancholicum letificat. ¶ Exemplum secundum est muscus, qui confortando sua aromaticitate & alterando sua caliditate letificare potest. Possimus aliter litteram hanc interpretari: velut Avic. intelligere videtur. Separatim & coniunctim: hoc est: medicinae letificantes aut sunt simplices ut ambra, muscus. Aut sunt compositae: ut si componamus vnam medicinam ex musco & ambra & margaritis, ut multa ponuntur exempla. In secundo tractatu huius. Septimus modus letificandi repertus in medicinis est propter proprietatem inuicem repertam in medicina. Ut Hyacinthus, Aurum Ambra: quae sua proprietate letificant. Deinde ponit Avic. talem diuisionem circa hunc septimum modum. Medicinarum letificantium sua proprietate. Quaedam letificant sola proprietate, ut hyacinthus. Quaedam vero letificant non solum proprietate, sed etiam propter aliam causam dictarum. Ut muscus, & ambra, quae letificant sua proprietate, & sua aromaticitate: etiam succus macianorum, qui letificat proprietate, & sua frigida complexionem: ubi complexio spiritus sit calida. Quare autem Avic. appellet proprietatem causam ignotam & complexionem causam cognitam: ostendam in expositione sequentis capituli. Doronicum etiam letificat & sua proprietate, & sua caliditate, alterando spiritum frigidae complexionis.

TEXTVS.

Tractatus



Vpradictarum autē illa: q̄ proprietati coniungitur: quandoq̄ est vniuersalis: quādoq̄ particularis. Illa ergo q̄ est vniuersalis: nullius eget repressiōe in aliqua causa debilitatis cordis / aut tristitiæ. Qualis causa est aromaticitas. Si vero fuerit particularis / in aliquibus eget repressiōe sicut frigiditas succi v̄l sirupi macianorum / q̄ inq̄ letificat in vna complexione / & non in alia / cum ergo quis in frigida complexione vti p̄posuerit ad letificandū sirupo macianorum: frangere oportet cum calefacientibus ipsius frigiditatem. Erit autē rectius / si frangatur cum calefaciente / quod etiā ex proprietate letificat. Sicut si misceatur cū sirupo macianorum: quando s̄m intentionem curationis ad letificationem propinatur frigidam cōplexionem habenti. Ad qualitates autē conueniens substantiæ naturali appetitu inclinant v̄tētes: quarum p̄pria sunt obiecta. Sicut sunt aromaticitas et dulcedo: hęc enim desiderat olfatiua / & gustatiua / & naturalis virtus / & animalis etiā inclinatur naturaliter ad ipsa. Duarum em̄ medicinarum equalium in virtute dulcior quidez & aromatica magis efficacioris est iuuamenti: & propterea virtus attractiua membrorum tecipit fortius: & spiritus celerius inde nutritur: si potētiam habuerit nutriendi: & ab ea celerius patitur: in quantum est medicina. Verū tamen subiectum aromaticitatis est subtilis substantia vaporosa / siue fumalis: subiectum autē dulcedinis est spissa substantia / terrestris. Et ideo aromatica magis congrua sunt nutrimento spirituum. Dulcia vero corporis nutrimento. Proinde etiam in cordialibus nutrimentis potius exigitur aromaticitas / q̄ dulce

Primus

do. Qm̄ cor est minera generatiōis nutrimenti spiritum. Epar autem: quia est minera generatiōis nutrimenti corporis: exigit in nutrimenti ipsius de aromaticitate minus de dulcedine plus / q̄ in corde. Aromaticitas autem exigitur in eis iccirco: quia epar est minera spiritus naturalis. Non quidem minera generatiōis ipsius apud cōtemplatores veritatis: sed tm̄ minera receptionis / & sedes. Apud tamen / artificem medicinę sic. Spiritus naturalis inclinatur ad aromaticitatem: & confortatur & refo-cillatur ab ea: consequenter inde virtutes naturales proculdubio confortantur.

Commentaria.



In hac secunda parte princeps Auic. ponit nonnullos canones ad praxim directiuos: dixit enim supra: q̄ medicinarum letificatiōem sua proprietate q̄dam sola proprietate letificant: q̄dam vero simul cū proprietate habent aliquam causam ex manifestis letificantem: (circa quod assignat canones nonnullos practicos. Ante tm̄ premitit talem diuisionem. Causarum manifestarū letificantium coniunctarum cū proprietate: quędam est vniuersalis / q̄dam vero est particularis. Causam vniuersalem intelligit Auic. eam quę quecunq̄ modo dispositum reperiat spiritum: semper ip̄m confortat / & letitiam causat: vt aromaticitas & dulcedo / siue nutritibilitas / & illustratio: per causam particularem intelligit eam: quę iuuat spiritum vno modo dispositum / & non alio: vt sunt cōplexio et stipticitas. Complexio em̄ siue calida / siue frigida non omni spiritui est utilis: etiam stipticitas non oī spiritui est utilis / sed tm̄ nimis subtili. p̄missa diuisione ponit Canonē. Causarum manifestarum cōiunctarum cū proprietate / ac letificantium / q̄ est vniuersalis: nunq̄ indiget repressiōe. Quę vero est particularis: aliquando indiget repressiōe. Exemplū primi ambra habet coniunctam cū proprie-

Capitulum

tate letificandi causam manifestam vniuersalem
.i. aromaticitatem: nunq̄ indiget repressiōe
cum exhibetur ad letificandum. Exemplum. 2.
est succus macianorum: qui cum pprietate le-
tificandi habet cōiunctam causam manifestā
particularem. i. complexionem frigidam: ali-
quando indiget repressiōe: vt si exhibeat ho-
mini frigide cōplexionis opus est reprimere:
eius frigiditatem. Deinde auic. ponit aliū ca-
nonem vtilem in faciēda tali repressiōe dicens:
q̄ rectius erit: si frangatur cum calefaciēte: q̄
ex pprietate letificat: ac si diceret. Vniuersali-
ter refractio multo melius fit cuz re: que apro-
prietate letificat: q̄ cum alia: vt si cum sirupo
malcianorum misceamus ad frigiditatem re-
frangendam muscum: & cum musco ad cal-
ditatem refrangendam misceamus campho-
ram. Ratio horum duorum canonum est in
aperto (Ad qualitates aut̄ conueniētes & c.)
Hic princeps auic. respondet tecitē obiectio-
ni et simul affert causam primi canonis dicti:
posset em̄ aliquis dubitare: quare cause parti-
culares letitię cōiūctę cum pprietatibus aliis
quando indigent repressiōe: vniuersales ve-
ro nunq̄ indigent repressiōe. Respondet di-
cens: q̄ ideo vniuersales non indigent repres-
siōe: quia omnes virtutes naturali quodam
appetitu inclinātur ad illas recipiendas: virtu-
tes inq̄ tā naturales q̄ aiales q̄ vitales: et iu-
uāt ac confortantur ipsiis. quales sunt aroma-
ticitas et dulcedo: ipse enim sunt cause vni-
uersales letificantes manifestę. Quod autem
ad dictas causas vniuersales oēs virtutes incli-
netur: et ipsiis oblectentur: monstrat exemplo
sumpto ab experientia: Nam si duę sint medi-
cinę equalis virtutis in operādo: & vna earū
sit dulcis et aromatica aut dulcis tantum alte-
ra vero non: dulcis & aromatica erit multo ci-
tius operationis altera. Itaq̄ si sit cibus mul-
to citius conuerterur in substantiam tam mē-
brorum q̄ spirituum altera. Et si sit medicina
citius corpus ab ea patiet̄ (Ad qualitates aut̄
conuenientes substantię naturali appetitu in-
clinantur vtentes) Substantię vtentes. i. vir-
tutes: quarum dictę cause vniuersales sunt p-
pria obiecta: inclinantur naturali appetitu ad
qualitates conueniētes: sicut sunt aromatici-
tas & dulcedo (Verum subiectum aromatici-
tatis & c.) limitat prius dicta: dixerat qd̄ om-
nes virtutes inclinātur ad aromaticitatem &
dulcedinem. Nunc inquit: q̄ licet id sit veruz

Nonum.

fol. xliij.

tū aliquę virtutes magis ad vnam earū quali-
tatum inclinatur q̄ ad alteram. Pro quo mō-
strando p̄supponit: q̄ subiectum aromaticita-
tis est substantia subtilis & vaporosa & fuma-
lis. Subiectum vero dulcedinis est substantia
grossa & terrestris. Quare res aromaticę sūt
conuenientiores pro nutrimento spiritus. Res
vero dulces pro nutrimento corporis. Ex qua
p̄suppositione infert. Quod virtus vitalis
inclinatur magis ad aromaticitatem q̄ ad dul-
cedinem. Et virtus naturalis magis ad dulce-
dinem q̄ ad aromaticitatem. Quare cum in-
tendimus cor nutrire: & eius spiritum: poti-
us aromaticis q̄ dulcibus vti debemus. Quā-
cor est minera generationis spiritus & mine-
ra etiam generationis nutrimenti spūs. i. san-
guinis subtilis ac puri. Cum vero intendim⁹
corpus nutrire & epar confortare: poti⁹ vti
debemus dulcibus q̄ aromaticis: quoniam
epar est minera generationis nutrimenti cor-
poris: & minera spiritus naturalis. Nō quidē
generationis eius p̄m sententiam Philosophi
sed receptionis. Nam vt supra visum est: Phi-
losophus asseruit cor esse omnium virtutum
principium: p̄m tamen sententiam medicorū
epar est minera ḡnationis spiritus naturalis.
Nihilomin⁹ in aromatica sunt etiā epari amia-
ca propter spiritum naturalem: qui conforta-
tur ac refocilatur eis: & ex consequenti virtu-
tes naturales diligunt etiam aromatica.
¶ Pro intellectu huius litterę est primo aduer-
tendum: q̄ aromaticitas idem est quod bon⁹
odor. Nam odor diuiditur in aromaticum &
grauem: quę diuisio est ḡnris in suas species:
velut diuisio saporis in dulcem, amarum, acu-
tum, salsum, stipticum, ponticum, acetosum
& pinguem. Verūtamen odorum plures sunt
species q̄ aromaticum & graue: sed non ha-
bent nomina imposita: vt sensit Theophrast⁹
libro sexto de causis plantarum. Odorem dif-
finit Aristoteles lib. de sensu & fetato. Odor
est passio euchiimi ab humido aq̄o vel aereo
alteratiua odoratus de potētia ad actū. Theo-
phrastus vero conformiter ad Aristote. diffi-
nit. Odor est partis sicce, sapide, indiaphang
demixtio: & subdit: id em̄ aeris atq̄ aque cō-
mune est. Odores discreuit Plato intimeo pe-
nes passionis varietatem: quam inferunt cere-
bro & ab eo vsq̄ ad vmbilicum inter iacenti-
bus membris. Loquens enim de odoribus in-
quit. Sed duo ibi nomina tantum manifesta

Tractatus

sunt. Suaue. s. & molestum. Hoc quidē distur-
bat/violatq; omnem eam capacitatem: quę a
summo capitis vertice ad vmbilicum proten-
ditur. Illud vero eadē mulcet: & amico quo-
dam ingressu naturalem eius seruat habituz:
hęc Plato. Quod aut odor permutationē fa-
ciat non solum in cerebro & sensu olfat^o sed
etiam in oibus membris sensitiuis a cerebro
vsq; ad vmbilicū: aperte constat experientia:
fetidi em odores excitant nauseam ac stoma-
chi perturbationem: suaues vero ea sedant: &
stomachum corroborant. Saporem diffiniuit
Aristoteles loco allegato. Sapor ē passio hu-
midi a sicco terrestri passo a calido alteratiua
gustus de potentia ad actum. Theophrastus
vero diffiniuit. Saporem. Sapor est partis sic-
cæ terrenæ q; in humore demissio. Vel partis
siccæ per humorem ex vi caloris percolatio.
Plato in timeo. Discreuit sapes per passio-
nes quas venis linguę inferunt. Cuius de hac
re sermo est in hunc modū. Tenduntur a lin-
gua venę ad cordis sedem saporum nuncię.
In quas si qua ita inciderint: vt humidam car-
nis molliem penetrantia, terrestri sua natura
modice liquefacta venas ipsas cōtrahant/are-
faciantq; sapes huiusmodi pariunt: Videly
si asperiora sint: accerbos acres. Si v̄o aspa mi-
nus: austeros, et ponticos. Quę & illas pur-
gant: & si qua linguę inherescunt abluunt: Si
v̄ltramodum id faciant: naturęq; ipsius non
nichil liquefaciant: qualis est in nitro potētia
Amara oia nominantur. Sin autē vim nitro
temperatiorem habent: leuius q; abstergunt:
falsa sine amaritudinis aspitate, magisq; ami-
ca nobis apparēt. Quę aut applicata oris ca-
liditati, ab eoq; mollita et feruefacta: ipsuz v̄l-
cissim feruefaciunt: suaq; leuitate sursum ad se-
sus capitis eleuantur: suoq; attactu singula di-
uidunt: propter huiusmodi vires acuta vocā-
tur. Quandoq; vero hęc eadē ex putredine
atfenuata angustas venas ingrediuntur: co-
guntq; partes interiores tam terrenas q; quo-
dāmodo aereas lactatas inuicem commisce-
ri: permixtas q; circūlabi: alias & alias igredi,
ingressuq; suo penetratas concavas tenfas q;
efficere, vbi cōcau^o & ampullosus humor aeris
circumfunditur. Isq; humor alias terre^o quo-
quo modo est, alias purus, sitq; ex aqua con-
caua vasculum aeris humidum atq; clarum.
Sed quod ex pura nascitur aqua perlucet vn-
dicq; smpullacq; vocatur.

Primus

Qd aut ex lutulēto magis humore simul agi-
tato quidem claroz, & circum tenso confis-
citur, ebullitio, bulla fermētumq; dicitur. Ha-
rum oim passionum causa acida qualitas ap-
pellatur. Quando vero ingredientium quali-
tas humida est, linguę qualitati naturaliter cō-
cors, ac consentanea: ac leuit mollitq; eam,
contractamq; demulcet asperitatem. Et quę
in nobis preter naturam contracta vel sparsa
fuerunt relaxat: v̄l colligit. Ac summati natu-
ralem singulis restituit habitū. Suaue huius-
modi omne, amicumq; est omnibus, v̄l olēta-
rum quoq; passionū medicina, atq; remediū.
Dulceq; vocatur. Hęc Plato, quem quidē ser-
monem & ppter autoritatem Platonis. Et
q; oēs aliq; vt Theophrastus, Gelenus, Aucē,
& cereri medici ipm Platonem insequi sunt:
non pigebit iterpretari. Inquit igitur, q; sunt
quędam venę siue arteriæ, aut potius nerui,
a corde in linguā protensi. Plato em asseruit:
velut Aristoteles cor esse sensus principium:
distæ autē venę seu neui sunt nuncię saporū,
hoc est organum sensus gustus: velut humor
cristallinus oculi est organum precipuū sensus
visus. Si igitur in distos neruos aliqua
mixta superposita penetrent carnem mollem
linguę: vt liquefacta calore linguę, cōgregēt
ac desiccant distos neruos: causant duo gene-
ra saporum. s. si sint magis aspera acerbum &
acrem. Si sint minus aspera austerum & pon-
ticum. Vbi aduerre q; acerbis & acer sapes
sub eodem cōtinentur genere austerius vero
& ponticus sub altero genere. Est aut acer sa-
por: quem Medici neotherici appellant acer-
tosum a frigido causatum: differt aut acer ab
acerbo: eoq; acerbum fundatur in substantia
grossiori, ac frigidiori, q; acer: nam fructuum
complures, vt vix, pruna, mala maciana: cū
propinqua sunt ortui: sunt acerbis saporis: am-
pli^o vero ab ortu distātia, calore solis digesta,
efficiuntur acria. Nō secus differunt auster^o:
quem neotherici appellant stipticum: & pon-
ticus: eo q; ponticus fundat in substantia gros-
siori, ac frigidiori: stipticus vero in subtiliori,
ac minus frigida. Vt constat in compluribus
fructibus: vt piri, mespili, & sorbis: quę cū
sunt ppinqua ortui: sunt pontici saporis: post
vero calore solis digesta, redduntur saporis
austeri siue stiptici. Ex his constat error eorū:
qui duas statuunt diuersas species ponticum
& stipticum sapes: cum tātū accidentaliter

differant etiam constat error eorū: qui vnam tantum cōstituunt speciē ex acris & acetoso saporib⁹. Qui re vera specificē differunt. Ad rē redeūdo Si mixta cadentia supra dictos neruos linguae abradāt: ac abluāt eos. Si id faciāt immoderate: ita q̄ aliqd etiā detrahāt de substantiā eorū: sicut facit nitrū: dicūtur amara. Si vero nō tm abradāt: imo abstergāt cū maiori tēperie dicūtur salia. Si vero cadētia supra dictos neruos calefacta ab ore iterū ip̄z calefactiūt: & feruorē excitāt: & sua leuitate ascēdūt ad caput: & ip̄m pūgūt: & oīa q̄ tangūt diuidūt: appellātur acuta. Sz si dicta mixta sint putredine a tenuata: penetrātiaq̄ ad subtiles venas linguae, aut neruos: p̄miscēāt intus ptes terrestres cū aquosis: caulentq̄ talē ebullitionē: q̄ ex p̄tib⁹ aquosis ḡnetur ampulla: ex terreis vero bulla: siue ebullitio: siue spuma: talis qualitas hęc causans dicitur acida siue acetosa: aut sapor acetosus. Qd̄ si q̄litas cadētū supra linguā sit hūida: cōueniēs cum linguae q̄litate: leniēs ac m̄cēs linguā: & q̄ sūt in lingua cōtracta relaxas. q̄ vero aspa cōgregās: dñt dulcia. Vbi plato septē cōnumerat saporū spēs tm̄ q̄ sunt. s. Acerb⁹ & acer: hęc em̄ duo cōstituūt vnā speciē & pontic⁹ & austerus q̄ cōstituūt alterā speciē. Amar⁹ Salsus, Acut⁹, Acid⁹ siue acetos⁹. Et dulcis. Reliquit aut̄ vnstuosum quē alij eo posteriores vt Arist. Theophrast⁹ & ceteri septē distis specieb⁹ adiūxere octauā eā faciētes. Alij v̄o nonā etiā speciē fecere ex insipido: is tm̄ nō est sapor. Sz saporis puatio

¶ Secūdo aduertēdū est. Quod velut oñdit lōgo sermōe Theophrast⁹ lib. 6. de causis plātarū: saporū cōs materia est hūor. Odorū vero materia est vapor siue fum⁹. Et ideo saporē imutāt potētā p̄ cōtactū q̄a fundātur in substantiā grossa. & hūorosa: velut & tāgibiles q̄litates. Gust⁹ em̄ vt refert Philoso. li. de sensu & sensato: est velut quidā tact⁹. Odores vero quia in substantiā subtiliori fundātur immutant sensum sine cōtactu: per solā sp̄rū emissionē. Quare nō in merito dicebat Aul. in littera q̄ subiectū aromaticitatis ē substantiā subtilis: & subiectū dulcedinis substantiā grossa.

TEXTVS.

De proprietate quid sit: & quātum differat a naturalitate Capitulū. x.



Proprietas est in veritate nichil aliud q̄ natura. Natura vero est principium mot⁹ & quietis in reb⁹: in quib⁹ sunt per se: cū ceterarumq̄ operatio: tum per se conuenientium eis & propriarū. Verum differt proprietas a natura: sicut proprium a communi.

Commentaria.



In hoc vltimo capite huius primi tractat⁹ princeps Aul. diserit de proprietate occasione sibi data ad hęc pertractationē in superiori capite. eo q̄ inter modos leuificandi reptos i medicis vnus erat a proprietate. Congruū enim erat scire: quid sit operari a proprietate: ad quod intelligendum: opus erat diffinire proprietatē. Quare in hoc capite diffinit proprietatē. Ante tamen q̄ diffinit ipsam. Notificat aliqua necessaria ad intellectum diffinitionis. Capitulum igitur hoc diuiditur in duas partes: in prima premitit quædam necessaria ad intellectum diffinitionis: in secūda diffinit proprietatem: quę incipit ibi.

¶ In summa ergo proprietas. Prima pars diuiditur in quinque partes. In quarum prima ostendit genus diffinitionis quod est natura: & diffinit naturam: & ostendit discrimen: quod est inter proprietatem & naturam. In secūda Abicit vulgariū opinionem circa differentium: quæ est inter naturam & proprietatem: & clarius ostendit dictum discrimen: declarans proprietatem esse speciem quandam naturæ & incipit ibi. Vulgaris autem opinio In tertia parte ostendit causam efficientem proprietatis & incipit ibi. Sed exit⁹ ei⁹ est a manifestatione diuina. In .4. pte mōstrat de proprietate posse haberi p̄fectā sciētā: q̄ incipit ibi & ca.

Tractatus

dem quidē est respōsio. In sexta parte abijcit oēs fallas positiones quæ solent afferri circa causas operationum: q̄ tribuuntur pprietatibus & incipit ibi. Cetera quæ dicuntur. In prima igitur facit quod dictum est dicens. In re veritate pprietas nihil aliud est q̄ natura. Et ne videatur declarare ignotum per ignotius. diffinit naturam dicens. Natura est principium motus & quietis in rebus in quibus est per se & cunctarum operationum per se conuenientium eis & propriarum. Deinde dicit: q̄ pprietas differt a natura sicut pprium a comuni. i. sicut genus ad specie.

¶ Pro cuius litteræ ampliori intellectu est aduertendum primo. Quod natura multipliciter dicitur. Primo enim pro vt differt contra artem: quomodo accepit Aristoteles. 2. Phisicorum. vbi inquit: eorum quæ sunt quædam sunt a natura: quædam ob alias causas. Secundo sumitur pro vnusculiusq̄ rei substantia. Quomodo sumpsit Aristoteles. 2. Phisicorum vbi inquit. Vno igitur modo natura sic dicitur prima cuiusq̄ subiecta materies eorum: quæ motus in se mutationisq̄ principium habent. Tertio modo dicitur natura de omnium rerum mobilium congerie: quomodo accepit Aristoteles primo de celo & mundo vbi inquit: de ipsa aut vniversi natura: siue sit magnitudine infinita: siue tota mole finita &c. & 1. meteororum vbi inquit: de primis igitur causis nature & de omni motu dictum est prius. Quarto dicitur natura pro vt distinguitur contra casum & fortunam: vt accepit Aristoteles secundo Phisicorum vbi inquit. Animalia quidem & plantas neq̄ fieri fortuna dicunt. Sed aut naturam aut mentem causam ipsorum afferunt esse. Quinto dicitur de consuetudine qualiter Aristoteles inquit Ethicorum. 7. consuetudinem alteram naturam: & iam sepe consuetudinem naturam appellant. Sexto sumitur natura p̄ virtute naturali: quomodo sumpsit Galenus libro. 1. de virtutibus naturalibus capite. 1. vbi inquit. Et augeri deinde & nutriri nature opera almus non anime. Septimo sumitur natura pro ventre: vt sepe in libris medicorum natura lenis aut dura pro ventre leni aut duro. Vltimo dicitur natura de operationis cuiusuis principio. Et est duplex: quædam naturans: & est omnium rerum principium: quæ improprie natura dicitur. Altera naturata: quæ est principium motus aut quietis

Primus.

siue mediatum siue immediatum: de hac duplici natura siue principio Aristoteles secundo Phisicorum inquit: principia ea quæ mouent duplicia sunt: quorum alterum naturale non est: atq̄ talis est: si quid moueat & non moueatur: vt id quod est immobile penitus: & quod est oim̄ p̄mū. Alterum est ip̄s q̄ est & forma. ¶ Secundo aduertendum est: q̄ vt refert Aristoteles secundo Phisicorum: hæc differunt inter se esse naturam: habere naturam: & esse fm naturam. Nā de principio motus & quietis dicitur: q̄ sit natura. de composito tale habere principium dicitur habere naturam. Quæcumq̄ vero competunt habentibus naturam per se dicuntur esse fm naturam. Sicut dicitur: fm naturam ignis est: vt feratur sursum: & terra vt feratur deorsum.

¶ Tertio aduertendum est: q̄ diffinitio nature quam hic ponit Auicenna. licet videatur conformis diffinitioni nature: quam assignat Aristoteles secundo Phisicorum: tamen maxime differt ab ea. Nam diffinitio Philosophi continet particulam vnā quam hæc non continet. i. primū p̄pter quā excluduntur oia accidentia: quæ sunt solum secunda principia siue instrumentalia operationū. Quare hic Auicenna. latius sumit naturam q̄ Aristotele. pro vt se extendit ad oē principium: siue sit principale siue instrumentale operationum. In diffinitione principium eius in quo est omnium operationum ponitur loco generis per se ponitur ad differentiam artium quæ licet sint principia operationū tamen per accidens etiā ponitur ad differentiam casus & fortunæ q̄ non per se sed per accidens sunt principia operationum. Natura igitur p̄ vt hic diffinitur diuidi potest in materiam & formam et accidens siue qualitatem: cuius enim eorū competit diffinitio. Ex his constat discrimen inter naturam & proprietatem: differunt enim vt genus & species.

TEXTVS.



Vlgaris autem opinio est: q̄ differunt sicut opposita: verū tamen non est sic. Sed veritas quidem est: q̄ in elementis: quæ componētia sunt ge-

nerabilium & corruptibilium corporū primo causant quādam virtutes actiuae: p vt existūt in statu simplici, s. pro vt sunt ignis & aer & aqua & terra. Secundo vero causantur aliæ in commixtis/ causata complexione: mediāte qua disponuntur ad receptionē earū/ s. m quācūq; duarum opinionum. Quarū quidem vna est: q; in generatiōe formarū dispositiones introducūtur. Aliavero q; oēs formarū dispositiones inherent materiæ/ vel yle ex sui primordiali origine. Sed qn aliqua ex formis aduenit materiæ: prohibet siue ligat aliarum formarum dispositiones. Cū vero alia forma superuenit: auferēs p existentem/ cassando/ illam cassat dispositiones prohibitionis ipsius: & tunc tertio yle ad naturalem potentiam dispositionis egreditur. Sed qualitercūq; sit: hoc est verum q; a formis huiusmodi perfectius manat in composito virtus: quæ nequit in simplicibus iueniri: & q; dispositio ad receptionem illius completur post cōmixtionem simplicium. Verbi gratia sicut est in magnete virtus attractiua: ferri: quam nulla elementarium virtutum inuenitur habere.

Commentaria.



In hac secunda parte princeps Auic. vt dictum est, abnequit opinionem vulgariū circa discrimē: quod est inter naturam & proprietatem: & ostendit verum discrimen.

Inquit igit: q; vulgariū opinio est: q; natura & proprietates differant sicut opposita, i. disparata: verū tamen id est fallum. Deinde declarat: quo pacto differant specificans essentiam proprietatis. Vbi implicite diuidit naturā: vt se extendit ad pri-

cipium instrumentale: in tria membra. Primum membrum est virtus actiua elementorum: siue qualitas prima. Secundum membrum est virtus reperta in mixtis corporibus causata ex qualitatibus elementorum: quæ est complexio. Tertium membrum est virtus reperta in commixtis corporibus insequens complexionem & modum cōmixtionis: quæ est proprietas. Inquit igitur q; veritas res est: q; i elementis: ex quib; constant corpora omnium rerum corruptibilium, s. mixtorum: reperiuntur quædam virtutes actiuae: quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: pro vt dicta elementa sunt simplicia: hoc dicit notanter, nam sunt aliqua partes elementorum: quæ potius accedunt ad naturam mixtorū q; elementorum: in quibus etiam reperiuntur qualitates repertæ in mixtis: vt colores, et sapes & odores, & occultæ proprietates: velut in terra quam nos calcamus, & in aqua fontium & fluminum. Secundo in mixtis reperiuntur virtutes dictæ complexiōes/ causatæ ex actione & passione qualitatū elementorum: hæ autem complexiones præparant mixtum ad receptionem aliarum virtutum: quæ dicuntur proprietates.

Verū tamen circa generationem oīm harū virtutum sunt duæ opinionēs. Prima est tenentium. Quod in gnatione formarū substantialium introducuntur oēs virtutes. Ita q; cum ignis sit ab igne: in genito igne cum productione formæ substantialis producuntur etiā caliditas & siccitas. Etiā in generatione mixti ex elementis producitur forma substantialis/ & simul complexio/ & virtus occulta.

Secunda opinio est tenentium. Quod cum primum creata fuit materia: secum concreatæ fuerunt & qualitates primæ/ & complexiōes/ & ceteræ oēs virtutes tam manifestæ q; occultæ: Sed q; cum aliqua forma aduenit materiæ: ligat omnes virtutes aliarum formarum nō relinquēs ipsas exire in operationes. Cum vero alia forma aduenit materiæ: corrumpens precedentem: ipsa ligat dispositiones præ existentis formæ: & tūc materia egreditur ad naturalem potentiam dispositionis conuenientis formæ eam informantis. Quæ autem harum opinionum sit verior: videbitur infra. Inquit tamen Auicē. q; tenendo vtrāq; opinionē tā primā q; secundā complexio disponit mixtū ad virtutē dictā occultā siue proprietatē.

H n

Tractatus

Secundum primam opinionem ad eius productionem. Secundum secundam ad hoc ut ipsa ex potentia exeat in actum. Et hoc ostendit: quoniam ipsa virtus occulta solummodo reperitur in commixtis corporibus: & nequaquam in simplicibus elementis. Ut in magnete virtus attractiva ferri: quae in nullo elementorum reperitur: & quam nulla elementarium virtutum inuenitur habere: hoc est: quam virtutem ferri attractivam nulla qualitas prima elementorum habet. Ex dictis igitur constat: quod proprietates differt a natura ut spes a genere.

¶ Circa quam litteram est primo advertendum: quod ut in secundo tractatu latius videbitur: virtutum repertarum in his inferioribus. Quaedam sunt primae: & sunt qualitates elementorum & complexiones mixtorum ex illis causatae. Quaedam sunt secundae: & sunt a primis dependentes: ut virtus lenitiva, attractiva, percussiva, coarctativa &c. Quaedam sunt tertiae quae respiciunt determinatam corporis partem: ut virtus generativa lactis, canceri curativa, cordis confortativa, & similes. Aliae sunt virtutes distinctae quartae: quae licet insequantur complexiones in sui productione: tamen efficiens causa est extrinseca alia a virtutibus primis elementorum, scilicet coelestis: & haec sunt proprietates.

¶ Secundo est advertendum: quod dictarum opinionum prima videtur rationi conformior, & sustentabilior nonnullis rationibus. Prima ut inquit Philosophus primo de physico auditu: nihil asserendum est cuius non sit assignabilis ratio. Sed nulla potest assignari ratio: quod in materia sint omnes virtutes a sui primordio. Immo est ratio in contrarium: quoniam in elementis nullae sunt aliae virtutes praeter primas videtur enim absurdum dicere quod sint: & non tamen exeant in actum. Secunda ratio: pro statu isto nullum habemus alium modum probandi: quod aliqua virtus sit in aliquo: quam ex effectibus ab ea productis. Sed aperte videmus in mixtis complures effectus apparere post novam formae introductionem: qui ante non apparebant igitur oportet arguere simul cum forma introductas esse virtutes: & ipsas non praesse existere.

TEXTVS.

Primus.



Ed exitus eius est a manatione divina procedente in omnibus rebus: & producente cunctas virtutes de potentia in actum: siue cum dispositione prima: sicut in elementis: siue cum dispositione secunda: quae est complexio in compositis seu commixtis. Ipsa enim disponit ad receptionem predictae virtutis: & non est ipsamet virtus: nec forma ipsius.

Commentaria.



Ostendit in superiori parte princeps Avicenna ostendit proprietatem esse naturam repletam in corporibus commixtis: & quod ad eam producantur dispositiones complexio. In hac. 3. parte monstrat efficientem causam distinctae proprietatis. Et videtur satisfacere ambiguitati: quae posset ex dictis insurgere. scilicet an dicta proprietates causentur a virtutibus elementorum velut complexio. Dicit igitur: quod eius exitus est a manatione divina aqua omnia procedunt. (Et producente omnes virtutes de potentia in actum siue cum dispositione prima sicut in elementis &c.) Hoc est a prima & divina emanatione omnes virtutes tam elementorum quam mixtorum reducuntur de potentia in actum: verum in virtutes elementorum: quae sunt formae substantiales eorum operantur mediante prima qualitate: mixtorum vero virtutes: quae sunt proprietates operantur mediante complexione: ipsa enim complexio disponit mixtum ad receptionem proprietatis: quae nec est complexio nec forma mixti.

¶ Circa hanc litteram est advertendum: quod varie fuerunt antiquorum positiones circa immediata principia productiva proprietatum. Plato enim posuit substantias separatas dictas ideas esse causas cuiusvis naturae quare diceret proprietates ab ideis velut ab immediatis principis causari. Hermes vero & post ipsum omnes astrologi censuerunt: virtutem omnium immediata principia esse astrorum influxus. Quare dicerent occultas proprietates ab astris causari. Princeps tamen Avicenna variis in locis varie opinatus est. Nono enim metaphisico

Capitulum

lices ponit omnem formam ab intelligentia quam agentem vocat. In quodam autem magico ope censuit has formas imprimi ex imaginatione ac comprehensione motorum superiorum: voluit enim materiam generabilem & corruptibilem motori orbium sic obedire: sicut corpus nostrum animae obedit.

In hoc autem capite idem inquit formas specificas causari a principijs actiuis: quorum causa deus est benedictus. Vera tamen positio est ipsas proprietates succitari de potentia materię virtute corporum celestium ab intelligentia non errante directorum. Ita quod principia imediata productiua sunt simul & elementorum virtutes & corporum celestium influxus: mediatum vero deus benedictus.

Secundo advertendum est: quod proprietatum in his inferioribus reparatarum varietas arguit earum principiorum varietatem. Quare astrologi ponunt complures proprietates saturnias: complures vero iouias: complures martias: alias solares: alias venereas. Alias mercuriales: alias vero lunares: complures vero subiectas stellis fixis ac earum naturam gerentes. Proprietatem enim magnetis ferri attractiuam dicunt non sine ratione esse stelle polari subiectam. Cuius inditium est: quod acus infecta magnete in extremitate in nautarum specula indicat polum: se vertendo versus ipsum: quod existimandum est euenire ex vi currere inter polarem stellam & magnetem accedit ad hoc: quod magnes potius in partibus polo subiectis quam alijs competitur sicut & ferrum: cuius generationis causam non incongrue quis dicet esse etiam stellam polarem. De his tamen longior fiet sermo infra.

TEXTVS.

ET eadem est responsio ad questionem de proprietate factam: quae est responsio ad questionem factam de natura. Sicut enim quando queritur: propter quid comburit ignis: nemo potest aliter dicere/ vel respondere: quam propter caliditatem. Et hoc quidem nihil aliud est dicere: quam quia habet per naturam caliditatem combustiuiam. Similiter si dicatur quare magnes atrahit ferrum: non potest quidem aliter responderi: quam quod dicatur:

Decimum. fol. xlv.

quod naturalē habet virtutem attractiuam ipsius. Ex quo patet quoniam sicut sciens quod propter caliditatem comburit ignis est sciens secundum veritatem: & non est ignorans: Similiter & qui scit: quod magnes atrahit ferrum: quia virtutem habet cuius natura est atrahere ferrum: sicut natura virtutis: quae nominatur caliditas: est in igne comburere: proculdubio sciens est & non ignorans. Sed combustiua quidem virtus nomen habet appropriatum. Alia vero non. Est etiam contra alia natura quasi extranea. Nec opinandum est quod rei perfecta notitia per hoc nomen habeatur: adeo quod sine ipso haberi non possit villo modo. Quoniam notitia in compositi nominis non tollit ignorantiam: quam inducit extraneitas rei. Predicta vero responsio ne non sunt contenti vulgares. Ideo quae supponit apud eos: quod omnis operatio procedens a corpore: fiat a caliditate/ vel frigiditate/ vel humiditate/ vel siccitate/ aut grauedine/ aut leuitate/ aut motu/ vel aliquo ex his: quae in simplicibus manifeste inueniuntur. Cum ergo actio nulli attribuitur predictorum: nec est sensu manifesta ratio procedens ei ab illo corpore: putant: quod omnia principia ei ignota sunt. Cum tamen non ita sit. Et enim intelligens bene scit: quod procedit vel a virtute naturali: vel intellectiua: vel accidentali.

Commentaria.

IN hac. 4. parte princeps Aug. ostendit de proprietate posse haberi scientiam: sicut de quavis alia cognita natura. Et ponit tale conclusionem: de ipsa proprietate potest haberi perfecta scientia sicut de quavis alia natura: quam conclusionem sic probat. Ad interrogationem factam propter quod de proprietate potest quis optime respondere sicut ad interrogationem factam de quavis alia manifesta natura: igitur de ipsa proprietate potest haberi scientia: sicut de quavis alia natura: probatur: quoniam propter quod est vna de questionibus et sciibilibus: ad quam cum quis scit respondere: et scit: quia causa cognoscit: ac

Tractatus

ipsam assignat: Ans probatur. Qm̄ si quis ad questionē factam ppter quid magnes atrahit ferrū respōdeat quia h̄ virtutē ferri attractiuā ita bene respondet: sicut qui respōdet ad questionē factam propter quid ignis comburit: quia habet virtutē cōbustiuā. s. caliditatē. Conclusionē subintelligit Auc. vbi dicit. Ex quo patet: qm̄ sicut sciēs &c. ans vero itelligit vbi dicit & eadē quidē est respōsio. Argumentat̄ igitur sic. Eadē est respōsio ad questionem. s. ppter quid factā de proprietate: q̄ est ad q̄stionē factā ppter qd de quauis alia natura. (Sicut enim qm̄ q̄ritur: ppter qd cōburit ignis: nemo pōt aliter respondere: q̄ ppter caliditatem: siue quia habet virtutem cōbustiuam ex sua natura. Sic qm̄ querit: ppter quid magnes atrahit ferrum: nemo potest aliter respondere: nisi quia habet virtutem ferri attractiuam.) Igitur sicut sciens q̄ ppter caliditatē ignis cōburit: est vere sciens: sic sciēs q̄ ppter virtutē ferri attractiuam magnes atrahit ferrum: est vere sciens. (Sed combustiuā virtus nomen habet appropriatum.) postq̄ mōstrauit Auc. de proprietate posse haberi scientiam sicut de quauis alia natura: hic respondet obiectioni: quæ fieri posset. Quis enim posset obiecere contradic̄ta: dicens. Quod proprietas non possit sciri sicut queuis alia natura. Nam proprietas non habet proprium nomen: quæuis autem alia manifesta natura habet proprium nomē. Ad hanc obiectionē respondet Quod ignorantia nominis non tollit scientiam rei perfecta enim rei notitia non acquiritur per cognitionem nominis: ita q̄ sine ipso acquiri non possit. Immo perfecta rei notitia acquiritur per cognitionem causarum: & presertim formalis quare consequētia premissę obiectionis erat nulla. Galen⁹ libro. i. de arte curatiua Inquit. Non oportet nominibus seducti. Idē etiam primo de interiorib⁹ morbis: de nominibus contēdere cęteris pmittam⁹: nobis em̄ res. quas illi penitus ignorant: ptractare satis fuerit. Et Aucen. prima Fen. primī doctrina sexta. De nominibus nō disputamus. Sed intentiones & differentias intelligere debemus (Combustiuā quidem virtus habet nomen appropriatū) .s. appellatur nomine sp̄i. s. caliditas. Alia .s. virtus attractiuā ferri nō habet proprium nomen sp̄i incomplexum. (Et est cōter alia natura quasi extranea) idest incōsuetā. (Quoniam notitia incompositi nomi-

Primus.

nis non tollit ignorantiam: quam adducit extraneitas rei.) hoc est q̄ virtus attractiuā ferri haberet nomē incōplexum specificū ip̄am significans: propterea qui ignorāt ipsam propter suā extraneitatē: nō amplius scirēt ipsam. (Predicta vero responsione non sunt contēti vulgares.) In hac parte princeps Auc. ostēdit causam: quare vulgares ignorant proprietates: & sic non sunt contēti predicta responsione: q̄ magnes atrahat ferrum propter virtutem ferri attractiuam. Et causa est: quoniam existimant q̄ omnis actio immediate procedat a qualitate manifesta: siue elemētari: vt caliditate/ frigiditate &c. siue complexiōe: aut a leuitate/ aut grauitate/ aut a motu/ aut quauis alia qualitate manifesta. Cum autē actio magnetis nō tribuatur alicui dictarum causarum: nec sit ipsis manifestū: quo pacto dicta actio proueniat a magnete: existimant: q̄ principia dictę actiōis nullo modo possint cognosci. Hoc tamen est falsum.

¶ Vbi aduerte nōnullorum antiquorum sententiam fuisse: q̄ principia dictarum operationum vt attractionis ferri & attractionis colerę & similium nequaquā sciri possint: quod infra monstrabim⁹. (Et enim intelligēs bene scit) In hac parte princeps Auc. abijcit dictorum errorem dicens. Quod viri docti ac rerū causas intelligentes: non sic existimant/ vt predicti. Sed vere sciunt: q̄ omnis talis operatio procedit ab aliqua virtute: vel a virtute naturali: vel animalī: vel intellectuā in homine. a quæuis enim illarum procedunt effectus mirandi: vel a virtute accidentali/ vt in magnete attractio ferri/ & in reubarbaro attractio colerę.

¶ Circa hanc litterā est aduertendū. Quod questiones vere scibiles sunt quattuor: vt refert Aristoteles secundo posteriorum. s. quid est: & ppter qd siue cur est: Si est vel an est: & quia est siue quare est: qcquid scim⁹: vno dictorum modorum scimus: & ideo inquit Philosophus: q̄ questiones sunt equales his: quę vere scimus.

TEXTVS.

Cetera q̄ dicuntur sup actiōne magnetis. Scilicet q̄ atrahit cum caliditate: v̄ frigiditate: v̄ anima: vel emis

sione corporum curuorum admodum hami. Vel cum similitudine: quā natura eius habet cū natura ferri: vel cum vacuitate: quā est in ipso omnia inquam falsa sunt. Quorum falsitas consideranti veritatem leuissime reuelatur. Magnes enim adipiscitur virtutem ferri attractiuam cū complexione: sicut plāta acquirit cum complexione nutritiuam virtutem. Nec ignorātia de ista virtute: quare potius ī magnete quā in aliqua re alia inuenitur: maior sit quā ignorantia ī alijs rebus. Hęc enim ignorātia in duobus consistit. Quorum primum est ignorātia factiuorum. scilicet principiorum producentium hanc virtutem in esse. Hęc autē ignorātia non magis appropriat huic virtuti quā cuiuslibet cognitæ naturæ. Secundum vero est ignorātia receptibilium: videlicet dubitare de causa: propter quā ad receptionem huius virtutis disponitur plus quā aliud corpus. Et hęc similiter ignorantia non est magis propria huius virtutis: quā aliarum naturalium rerum. Talis enim ignorantia est nobis de coloribus: & odoribus: & virtutibus anime: ceteris quā similibus. De omnibus enim his rebus scimus: quoniam ad actum essendi perueniunt a principijs actiuis: quorum causa deus est benedictus. Et scitur etiam quoniam illud est propter appropriationem materie: causa dispositiois consequentis complexionem. Ponimus etiam proportionem simplicium causare complexionem aliam. Quam quidem proportionem simplicium huius commixtionis ignorabimus: quod diu viuemus in hoc mundo. Vnde patet quod ignorantia causarum prouentus huius virtutis in magnete non est mirabilior: quā ignorantia causarum disponētium res ad rubredinem: aut citrinitatem: aut corpus: aut animam. Sed a rebus quidem consue-

tis admiratio cadit. Et negligit anima de ipsis inquirere. Quod autē raro est: excitat admirationem: & inducit ad inquirendum: & speculandum de causis eius.

Commentarij.



In hac quinta parte princeps Auic. abicit falsas positiones: quæ habentur circa causam attractionis ferri in magnete: etiam circa causas cuius vis alius occulte proprietatis. Et tria facit. primum connumerat dictas falsas positiones. Secundum docet: quod quicquid ignoratur de alijs naturis: ignoratur etiam de proprietate: & quicquid scitur de alijs naturis: scitur etiam de proprietate. Tertium infert corrolariū ex dictis: ubi ostendit causas: quare magis admitemur de proprietatibus quā de alijs naturis. Falsæ positiones de causa attractionis ferri in magnete: & de causis productiuis effectuum tributorum proprietatibus fore complures. Prima quod magnes attrahat ferrum complexione: calida: aut frigida: aut humida: aut sicca. Secunda quod id faceret ab anima. scilicet quia magnes sit animatus: siue a forma substantiali. Tertia quod id facit cum emissionem corporum curuorum ad modum hami atrahentiū ferrum. Quarta quod id faciat cum similitudine quæ est inter ipsum & ferrum. Quinta positio quod fiat propter vacuitatem: quæ est in magnete: itaque hæc positio assererat in magnete esse vacuitates quasdam: ad quas attraheretur aer: & propter consecutionem ferrum sequeretur aerem. Inquit igitur Auic. quod omnia hæc sunt falsa: quorum falsitas facile patet consideranti: & cognoscenti causas rerum naturalium. Aliæ etiam fuere falsæ positiones de causis operationum proprietatum: de quibus mentionem faciemus. Dicit præterea: quod magnes attrahit propter virtutem quam adeptus est in generatione sui simul cum complexione: velut planta quæuis acquisiuit in sui generatione virtutem nutritiuam cum complexione. (Nec ignorantia de ista virtute in magnete &c.) Hic princeps Auic. ostendit: ut dictum est: quod quicquid scitur de alijs naturis: scitur etiam de proprietate: dicens quod ignorantia de dicta virtute quare magis inueniatur in magnete: quā in alijs

rebus: non est maior q̄ ignorātia: q̄ habet de alijs rebus siue naturis. Nam dicta ignorātia consistit in duobus. Duo em̄ ignorantur de proprietate. Primū est principia productiua proprietatis. Secundum est dispositio requisita in receptilibus ad receptionem proprietatis. Eadem etiā ignoratur de quauis cognita natura. Ignoratur em̄ q̄ sint principia productiua tā primarum qualitatum elementorū q̄ complexiouum, & colorū, & saporum, & odorum, & formarū substantialium, & aliarum naturarum. Etiam ignorat: q̄ requiratur dispositio ad receptionē cuiusuis forme substantialis: & etiam ad receptionem saporū & colorum & odorum etiam ad receptionē virtutum animę, & aliorum similium. (De omnibus em̄ his rebus scimus.) hic attendit, q̄ quicquid scitur de alijs naturis: scitur etiaz de proprietatibus: tam quo ad productiua principia: q̄ quo ad dispositionem requisitam ex parte passi. De oibus em̄ naturis scitur: quod perueniunt in actum essendi ab actiuis principijs quorum causa est deus benedictus. Quæ nam aut sint illa actiua principia: non euidenter nouimus: q̄ q̄ probabilibus rōnibus aliq̄rum naturarum immedita principia actiua cognoscere existimemus: vt infra mōstrabitur. Scitur etiam de omnibus naturis mixtorum: q̄ pducuntur in ipsis propter preparationez repertam i eis: ad quam disponit complexio. Ponunt etiam tā Philosophi, q̄ medici: aliam & aliam pportionem simplicium qualitatum ac quātitatum elementorū: aliam & aliam causare complexionem: verū tamen hanc variam pportionem simplicium ignorabimus: q̄ diu viuemus. i. quāta sit in quouis mixto, & quauis complexione, quantitas elementorum, & eorum qualitatum: etiam q̄ proportio requiratur ad quēuis saporem aut ad quēuis colorem aut odorem causandū. (Vnde patet qm̄ ignorantia.) Ex dictis infert princeps Auic. hoc corrolarium: q̄ ignorantia causarum producentium proprietatem ferri attractiuā in magnete: non est maior: q̄ ignorantia causarum producentium odores, & colores, & corpus. i. formas corporeas, aut aiām. i. formas vitales. i. vegetatiuas & sensitiuas. (Sed de rebus consuetis.) ostendit Auic. causam: quare magis admiremur de proprietatibus q̄ de alijs naturis. i. odoribus, coloribus, saporib⁹, & formis substantialibus: cum oim principia produ-

ctiua & dispositiones receptibilis sint vniformiter cognita. Dicit: q̄ causa est consuetudo ac inconuetudo: alię naturę a proprietate sunt nobis consuetę: ideo nullam afferunt admirationem. Proprietates vero sunt nobis inconuetę: ac raro occurrentes: ideo afferūt admirationem. Nam qd̄ raro contingit, excitat admirationem & inducit ad inquirendū de causis eius. Nam propter ammirari nunc homies & primo ceperunt Philosophari: primo Metaphisices.

¶ Circa hanc litteram occurrunt nōnulla dubia. Primum, vtrum sententię in littera positę circa causam: quare magnes attrahat ferrum sint verę.

¶ Secundum vtrum id sit verum. i. q̄ de quauis cognita natura ignoratur: quod sit principium productiuum eius.

¶ Tertium vtrum etiam sit verum. Qd̄ ignoratur quę requiratur dispositio in receptilibus ad receptionem cuiusuis naturę.

¶ Quartum vtrum id sit veruz: q̄ proportio simplicium Intransium mixtionem sit nobis incognita pro statu isto.

¶ Pro solutione primi dubij est sciendum: q̄ plures fuere antiquorum positiones circa principia immedita operationum: quas sapientes, tam Philosophi q̄ medici tribuunt proprietatibus. ¶ Prima positio fuit: q̄ ipse procedat a virtutibus actiuis, aut passiuis elementorū: aut a complexionibus ab illis causatis: aut a virtutibus motiuis vt grauitate: aut leuitate. Hanc positionem tenuisse videtur Aristoteles. Nam primo pblematum quadragesimo secundo pblemate. inquit. Quod aut cōmici domariq̄ minime possit: sed pvenas ingressum per excessuz caliditatis frigiditatis ve per turbet: hoc sane naturam obtinet medicamentū: vbi videtur Aristoteles operationem solutionis tribuere caliditati ac frigiditati. Problemate etiam quadragesimo primo eiusdē libri querens: cur alia ventrem moueant superiorē: alia inferiorē: vt ellebor⁹ superiorē: scamouca inferiorē. Respondet, alia q̄ natura frigida sunt deorsum versus suo pōdere labuntur. Quę vero calida sunt: sua leuitate sursum feruntur: & superiorē ventrem mouent. Huius etiam positiois fautor extitit Alexander peripateticus Cōmentator Aristotelis. Qui tam cupide fauit huic positioni: vt ausus sit asserere: oēm formaz mixti succitari de

potentia materię propter qualitatum elemen-
torum cōmixtionem: etiam asseruit distinctio-
nem graduum/ siue perfectionum formarum
depēdere ex discrimine mixtionum. Ita q̄ cū
in mixtione elementa & eorūz qualitates ac-
quirunt nobilem gradum mixtionis: nobiles
producuntur formę & quo superior est gra-
dus mixtionis/ eo nobiliores pducuntur for-
mę. Cum vero elementa ignobilem acqui-
rūt gradum mixtionis: ignobiles generantur
forme: & quo gradus sit inferior/ eo formę
erunt ignobiliores. ¶ Huius etiam positiois
videtur fuisse fautor Galenus. Nā primo sim-
plicium inquit: quia iam nos ostendimus in li-
bro nostro de elementis s̄m sententiam Hip-
pocratis: q̄ corpora animalium & alia corpo-
ra reliquarum rerum nō sunt generata nisi ex
calido/ frigido/ sicco/ & humido: tunc nos po-
namus/ q̄ ista sunt substantię virtutum faciē-
tium in medicinis/ & in oibus alijs rebus. Et
tertio etiam simplicium inquit: & nobis est ne-
cesse vt credamus: q̄ carthamū est Flegmati-
cum: sicut significat super illud color eius: ve-
rum propter caliditatem suam est fortior fleg-
mate/ propter hanc ergo causaz attrahit fleg-
ma. hęc Galenus. alibi in aliter sentit: vt infra
monstrabitur. Hanc autem positionē esse fal-
sam infra monstrabo.

¶ Secunda positio fuit: q̄ distę operationes
fierēt a similitudine. Hanc positionem tribuit
princeps Auicē. 4. Fen. primi capite. 4. ipsi
Galeno/ vbi inquit: & videtur quidez ex hoc
quod certificat: sentiat: q̄ inter attrahentē me-
dicinam & humorem attractum sit conueniē-
tia in substantia/ & propter hoc attrahit ipm.
Sed hoc non est verum qm̄ si attractio fieret
cum conuenientia: ferrum attraheret ferrum:
cum ipsuz superet: & aurū attraheret aurum.
hęc Auicē. sensit autē id Galenus. 3. libro sim-
plicium/ vbi inquit. De medicinis solutiuis:
quę non soluunt: sunt q̄dam/ q̄ cum hoc q̄
non nocent corpori: fiunt cibus: & q̄dam cū
hoc q̄ alterantur/ conuertuntur ad dispositio-
nem/ quę corrumpit/ & interficit/ & illud est:
qm̄ inter vnāquamq̄ medicinarū soluentiū/
& vnum quodq̄ humorum proculdubio est
similitudo. Etia lib. 5. de simplici medicia loq̄ns
de medicina attractiua diuidit attractioez in
tria membra. Qm̄ attractio aut sit a caliditate
aut ad enitādū vacuū aut a similitudine. Verū
in si quis optime cōtepletur dicta Galeni: tū

locis allegatis tū alibi: ipse per similitudinem:
q̄ est causa attractionis in medicinis vt magne-
te: non intelligit similitudinem substantiarū.
sed virtutum. Inter attrahentem enim & attra-
ctum est correspondentia virtutū: virtuti em̄
actiue magnetis correspondet virtus passiuā
in ferro. Galenus in dubitat de essentia talium
virtutum: quid nam sint: vt infra ostendetur.
Huius positionis videtur fuisse fautor Aue-
rois. Quinto enim coliget capite. 25. inquit.
Sed alium modum medicinarum operatiois
a proprietate non possumus primis virtutibus
elementorum substantialiter tribuere. Ver-
bi gratia attractio quam facit adamas in ferro
propterea quia attractio: inquantū est attra-
ctio: q̄uis sit appropriata calori. Nō p̄pterea
vt attrahat absolute: accidit: vt attrahat ferrū
Sed propterea quia trahit tali attractione pro-
pria. Et hoc accidit propter proportionem et
conuenientiam: quę est inter ipsum & ferrū.
Quid autem intelligat per proportionem. s.
an substantiarum/ an qualitatum conuenien-
tiam: an aliud: ipsemet paulo infra exponit di-
cens: & hęc proportio & conuenientia non
est nisi immensuris mixtionis elementorum
in eis hoc est in attrahēte & attracto. Ita q̄ ex
sententia Auerois. Omnium talium operatio-
num causa est mixti ad mixtū proportio/ cō-
sistens in mensura miscibiliū mixtionē ingre-
dientium. Quod autem tam positio: quam
tribuit Auicē. Galeno: q̄ Auerois positio hic
monstrare. sint falsę: infra rationibus mōstra-
bitur: Prędictę duę sunt famosiores antiquo-
rum falsę positiones circa causas distarū ope-
rationum. Alię autē assertiones. s. q̄ magnes
attrahit ferrum corporibus subtilibus curuis
missis. Aut propter vacuitates. Aut q̄ distę
operationes fiant a contrarietate: & similes:
sunt penitus ignarorum/ ac nihil intelligen-
tū in rerum naturalium doctrina. Nonnullas ha-
rum positionum cōmemorat Galenus primo
de simplici medicina: vbi inquit. Nullus est qui
ambigat s̄m plurimum: qui in medicinis solu-
tiuis sit virtus soluens: & in medicinis: quę fa-
ciūt vomitū: sit virtus cōmouēs vomitū & c.
Et postea subdit. Quidam enim existimaue-
runt: q̄ substantia eius virtutis ex eis est: quę
nō sciuntur: sicut dixerūt philosophi: qui no-
minantur cogitantes: & medici qui nominā-
tur experimētatores. Et ex eis sunt: qui dicūt:
q̄ substantia huius virtutis scitur. Verūtamen

istū iterum dissentiunt: & illud est: quia quidā eorum pportionant illud ad quātitates, & figuras, & situm partium, & foramina. Et quidam aliī comparant illud ad calidum, frigidum, siccum, & humidum. Et illud s̄m elemēta: q̄ narrat vnaqueq; sectarum: hęc Galen⁹.

¶ Ex quibus dictis apparet, q̄ tempore Galeni tres fure sectę circa distas virtutes. Quarum vna asserbat earum essentiam non posse sciri, quam sectam insequutus est Alexander Aphrodisiæus, vt infra monstrabo. Alię duę sectę tenuere: q̄ ipsę sciri possint. Sed vna earum dicebat eas prouenire ex quantitatibus simplicium elementorum, & situ partium, & figura. Quam insequuti sunt Alexander Peripateticus & Auerois: q̄ Alexander etiā tenuit esse qualitates elementorum. Alia secta tenuit q̄ sint virtutes primę actiue & passiue, ac motiue elementorū. Quam tenuit Aristoteles: et cum insequutus est Galenus aliquibus in locis.

¶ Pro solutione secundę dubitationis p̄mittenda sunt aliqua. ¶ Primo q̄ naturarum q̄dā sunt substantiales vt materia & forma. Quędam vero sunt accidentales, vt qualitates primę elementorum & complexionēs, & qualitates insequentes complexionēs: vt odores, saporēs, colores, & etiā proprietates.

¶ Secundo p̄mittendum est: q̄ causarū productiuarum: q̄dam est mediata: q̄dam immediata. Mediata est, inter quam & effectus mediat alia: vt cœlum in productionem mixtorum. Immediata est q̄ effectui cōiungitur: vt elementa in mixtorum productione.

¶ Tertio p̄mittendum naturarum q̄dam ab vno solo pducuntur principio: vt materia prima: & anima rationalis. Quędam a pluribus, vt odores, colores, saporēs, metallorum formę, & alia eiusmodi. ¶ His premissis Respondeatur ad dubium per Conclusiones.

¶ Prima conclusio. Cuius sane mētis cognitum est principium pductiuum saltem mediatum cuiusuis cognite naturę. Hęc cōclusio patet. Quisuis em̄ fidelis sane mentis cognoscat, etiam multi infideles cognouere: vnum esse omnium rerum principium. Ipse em̄ dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.

¶ Secunda Conclusio. Naturarum, quarum tm̄ vnum est principium: ipsum cognitū est a pluribus: conclusio patet de anima rationali: & materia prima: quarum vnu tm̄ est princi-

plum, s. deus benedictus, quod cognitum est a fidelibus. Ex quo aperte patet Aue. error: q̄ libro de dilunijs cēuit: oīa aīalia posse pducī ex elementis virtute stellarū: nec secluit hominem: q̄ non tm̄ erroneum sed etiam Hereticum est. Apparet etiam error Alexandri Peripatetici: qui existimauit omnem formā educi de potentia materię.

¶ Tertia Conclusio. Naturarum substantiarum aliarum, a dictis, principia non oīa sunt cognita. Conclusio patet de formis vegetabilium: quarum principia sunt plura ex nonnullorum sententia, s. semen plantę: solis & stellarum calor: & deus benedictus. Incognitū tm̄ est: q̄ stellarum p̄sertim presit cuius formę vegetabilis producendę. Quāuis Astrologi Nonnullas ex plantis dicant saturnias, vt venenosas frigidę naturę: & austeri ac pontici saporis. Nonnullas Iouias: vt sunt q̄ temperiem seruant, dulcis q̄ saporis & moderatę substantię, ac suauis odoris. Alias appellant Martias, vt venenosas calidę naturę acutiq; saporis, horridi odoris. Alias Solares appellant, quales sunt moderatę calidę / optimi saporis, ac suauis odoris: vt fere omnia cordia illa ex plantis. Alias appellant Venereas quales sunt moderatę / humidę / vinctuosi saporis, obtusi odoris. Alias appellant Mercurias: q̄ nonnihil gerunt acuitatis, & in sapore, & in odore. Alias vero Lunares appellant velut q̄ paruo tēporis spatio crescunt medullaq; impletur: vt sambucum, ebullum ac peoniam &c.

Etiā patet Conclusio de formis brutorum quarum plura a nonnullis asseruntur principia, s. de⁹ benedictus: semen animalis: & vt cēsent Astrologi cœlestes vult⁹ / siue imagines. Verū tamen incompertum est, q̄ cœlestis imago p̄sit cuius formę bruti producendę. Quā q̄ Astrologi censeant formis equorum p̄esse equum cœlestem: formis canū canem cœlestem, formis augmū serpentem cœlestē & ē pariformiter alijs: ita q̄ tot sint cœlestes imagines, quot formę brutorū in his inferiorib⁹: & cuius terrestrium formę p̄sit cœlestis imago. Iuxta illud Ptolomei in centiloquio: vultus huius seculi sunt subiecti vultibus cœlestib⁹. Patet preterea Conclusio de formis substantialibus aliorum mixtorum tam lapidū q̄ metallorum q̄ aliorum: quorum plura sunt principia, s. deus benedictus, elemēta, & cœlestiū influxus. Incompertum tm̄ est quod astrum

pluribus eorum quibus Astrologi quidam appellant Saturnia: ut plumbum, lapides obscuro coloris. Quedam iouia ut argentum stagnum iacinthum saphirum et eiusmodi. Alia appellant Martia ut ferrum: et ferrugineos lapides Solaria autem appellant: Aurum: patauram lapidem topacium: & aureos lapides. Venerea appellant esmaragdum, crisolium, & iaspidem. Mercurialia vero appellant argentum viuum, & lapides quos vis nimis molles & fragiles, naturam argenti videntur preferentes. Lunaria vero appellant Argenteum & lapides argenteos ut Agate & Saphirum album & similes. Fixis etiam stellis tribuunt multa. Verum tamen haec non constant euidenter, sed tamen probabiliter. Quare nonnulli existimauerunt unum tamen esse principium, quod appellant formarum datorem siue colcodeam: alij plures ut dictum est. Conclusio igitur dicta est vera.

Quarta conclusio Naturalium accidentalium nulla est: cuius omnia principia sunt cognita: haec conclusio patet inductione. Primo in qualitatibus elementorum. Quarum unum tamen principium est cognitum, scilicet deus benedictus. Si quae sint alia ipsa sunt incognita: esse autem alia immediata earum principia existimandum est: quoniam videmus multa eis nobiliora: quae a pluribus emanant principibus praeter deum: quare non sine ratione quis credat: virtutes primas elementorum procedere immediate ab stellis: etiam constat experientia manifesta ortus & occasus signorum habitudinesque planetarum immutationes facere in elementis aut versus caliditatem aut versus frigiditatem &c. unde unum procedit generatio altero corrupto. Secundo patet conclusio. In complexionibus & qualitatibus ipsas in sequentibus, ut coloribus, saporibus, odoribus: quarum omnium non omnia principia sunt cognita. Nam Philosophi existimant: solum immediate causari a primis calitatibus elementorum Astrologi vero praeter qualitates primas elementorum dicunt concurrere vires astrorum ad illarum generationem. Et tribuunt Saturno colores nigrum & liuidum: ex saporibus potum, stipticum: & ex odoribus fetidum, abominabilem. Ioui tribuunt ex coloribus caelestem: ex saporibus dulcem: ex odoribus suauem: & alij suo modo: ut te docebunt Ptolemaeus in quadripartito: & Albumazar libris de magnis coniunctionibus & alij etiam astrolo-

gi. Et sic patet responsio ad dubium secundum. Ad tertium dubium. Quo querebatur: utrum ignoretur dispositio requisita ad receptionem cuiusvis naturae. Respondetur per aliquas conclusiones. Prima conclusio dispositio requisita ad receptionem naturarum substantialium quodammodo scitur: & quodammodo ignoratur. Scitur enim quae dispositiones requirantur in materia ad introductionem tam formatum substantialium elementorum quam mixtorum: ut quod ad productionem formae ignis requiratur caliditas & siccitas in materia: & ad productionem formae aeris caliditas & humiditas: & sic de alijs: etiam scitur quod ad productionem formae cuiusvis vitalis requiratur caliditas, & humiditas disponens materiam: & sic de alijs mixtis suo modo. Verum ignoratur: quanta requiratur mensura tam qualitatum primarum: quam complexionalium qualitatum ad introductionem cuiusvis formae. Secunda conclusio omnes dispositiones requisitae ad introductionem naturalium accidentalium omnino ignorantur pro statu isto. Conclusio probatur inductiue. Primo in qualitatibus elementorum: ignoratur enim omnino quae dispositio requiratur in materia ad earum introductionem. Etiam ignoratur id in complexionibus, & in coloribus, & odoribus, & saporibus, & proprietatibus occultis: nullus enim nouit quae dispositio requiratur in mixto ad introductionem vilius complexionum: neque coloris, aut rubei, aut albi, &c. & sic patet responsio ad tertium dubium. Ad quartum dubium respondetur etiam per conclusiones. Prima conclusio. Pro statu isto cognitum est quorum simplicium maior sit quantitas quorum vero minor in mixto conclusio patet quoniam pro statu isto complexio cuiusvis mixti fere est nobis cognita ex operationibus: an sit calida, an frigida, an humida, an sicca, &c. si complexio est cognita: cognitum quoque erit: quae elementa superent in mixtione quae vero superentur.

Secunda conclusio: licet ita sit, nihilominus tamen proportio simplicium determinata requisita ad causandos tam colores quam saporibus & odores determinatos est incognita pro statu isto. conclusio patet nam mensura determinata simplicium est incognita: igitur & etiam proportio: per haec patet ad quartum dubium. Responsio. Parcebit lector si non omnia ad unguem persequatur sim. Consulto enim ingeniosis plura

reliqui inuestiganda sat fecisse mihi visus si
textum Auic. explicuerim.

TEXTVS.

In summa ergo proprietas ē
natura inuenta in commixtis
corporibus: procedēs in eis
a suprema & plenissima influē
tia/ & propter dispositionem ppriam/
vel propter dispositionem materie pas
se: q̄ particularem & propriam disposi
tionem acquirunt. Sic enim loquendū
est secundum veritatem de proprietate
corporum commixtorum. ¶ Verunta
men fm̄ consuetam opinionem differt
proprietas a natura. Qm̄ pprietas di
citur virtus in commixtis inuenta cor
poribus: a qua procedit in alio corpo
re actio insueta quantum ad manifestaz
naturam. ¶ Dicitur vero natura virtus
qua simplicia corpora operant̄. De hoc
igitur ad tantum se extendit cognitio
vulgatum/ & debiliter perscrutantium
veritatem. Quod si ignis esset, res diffi
cilis inuentionis: & de longinquis par
tibus affereret. Admiraretur utiq̄ vul
gus de proprietate corporum cetero
rum: & inquireret attentius de causis p
prietatis ipsius, q̄ de causis aliarū pro
prietatum: qm̄ ipsius operationes val
de mirabiles sunt. Et enim p̄sentia eius
extrahit visum de potētia ad actum: &
tangi se prohibet: & ascendit sursum: &
ascēdere facit ea: quæ vincere potest: &
generat̄ ex modico ipsi⁹ vna hora quā
titas magna: & corrumpit oē illud: cui
obuiat: & transmutat ad sui substantiā.
Nec ei minuitur: si accipiatur ex eo. Et
hæc quidē in veritate mirabilia sunt:
q̄ tractus ferri a magnete: vel q̄ ceteræ
proprietates: Sed quoniam ista vsitata
sunt & quotidie apparētia: cadit ab eis
admiratio/ & sollicitudo pquirendi cau

sam ipsorum. Actio vero magnetis: q̄
rara est/ & inusitata: inducit admiratio
nem: & puocat ad inquirendum de cau
sis ipsius.

Commentaria.

Quod in superiori parte princeps
Auic. p̄misit necessaria ad intelle
ctum diffinitionis proprietatis. s.
quid sit natura: & quo differat p
prietas a natura. Et quo pacto proprietas so
lum accidat commixtis corporib⁹/ & que sit
eius causa/ & q̄ de ipsa habeatur scientia. Et
errores qui de ea habentur. In hac secūda par
te diffinit proprietatem sic proprietas est natu
ra inuenta in commixtis corporibus & c. Et
simul ostendit: quid sentiāt ignari circa discer
men inter proprietatem & naturam: quā rem
tacuerat supra cum dixit: vulgaris autem opi
nio est: q̄ differāt sicut opposita. Deinde ostē
dit cām: quare vulgus magis admiretur: ac in
quirat causas pprietatis q̄ aliarū naturarum:
cū sint alię naturæ multo mirabiliores pprie
tatibus: vt natura ignis. Diffinitio autē pprie
tatis est essentialis ac quidditativa/ constans ex
genere & differētia. Gen⁹ est natura: vt osten
sum est. Cetera cōstituunt differētia. Inuenta
in cōmixtis corporibus ponit̄ ob differētiā
primarū qualitū elemētorū: pprietas em̄ so
lis cōmixtis euenit corporib⁹. Ponitur a sup
ma & plenissima influentia ad differentiā cō
plexionis & qualitū insequentū cōplexio
nem. Quæ fm̄ colorem Philosophorū positi
onē nullo indiget particulari agēte extrinse
co ad sui p̄ductionē/ sed pducuntur solis cō
ponētium simplicium qualitibus cōcurrenti
bus. Proprietas autē alio particulari agēte ex
trinseco indiget ad sui p̄ductionem fm̄ verio
rem assertionem. s. influxu celesti. Quare dicitur
virtus celestis: vt a Mesue in canonib⁹
vniuersalibus. capite. j. vbi inquit. Solutiuum
nō quia calidū nec quia frigidū. Sed quia ce
lesti virtute dotatū. Et eodem loco: & hoc qa
a celesti virtute tale supra cōplexionē fertur.
Ponit̄ pp̄t dispositionē ppriā vel dispositio
nem materie p̄sse & c. ad differentiā cōple
xionis & qualitū insequentū eā q̄ nulla indi
gent particulari materie aut mixti p̄paratiōe/
vt introducatur velut pprietates: sed tm̄ gnāl
primarū qualitū: pprietas vero indiget parti

culari ac determinata p̄paratione. s. cōplexio-
nali. vt̄ introducat̄ i mixto: aut in materia s̄m
positionē eorū: qui tenent oēs qualitates: cō-
creari cū materia: aut in cōposito s̄m positio-
nem tenētū qualitates aduenire cōposito in
p̄ductione formę substātiālis. & ideo p̄pter
dispositionem propriam. i. cōpositi vel dispo-
sitionem materię passę.

¶ Circa illā l̄tam a suprema & plenissima in-
fluentia est aduertēdū. Quod Auic. nō igno-
rauit ad p̄ductionē p̄prietatū cōcurrere alias
causas secundas medias inter deum & simpli-
cia cōponētia. Nam supra in hoc capite dixit
De oib⁹ em̄ his rebus scim⁹: quoniā ad actū
essendi perueniūt a principijs actiuis: quorū
causa deus est b̄ndictus. Verū tamen quia ipsi
nō cōpertū esset demonstratiue ac euidēter:
quēnā essent illę causę secundę. s. anastrā an
alia: reduxit p̄prietates ad supremā oīm cau-
sam: quę est causarum immediatarum causa.
(Sic em̄ loquēdū est s̄m veritatē.) Hic Auic.
ostendit dictā esse verā diffinitionem p̄prie-
tatis. Quāq̄ vulgares & ignari aliter sentiāt.
Existimāt em̄ p̄prietatem & naturam differ-
re vt̄ disparata: dicentes proprietatē virtutem
reperitam in mixtis: aqua p̄uenit operatio in-
suetā: & naturā virtutē reperitā in corpib⁹ sim-
plicibus: verū t̄n̄ errāt: vt̄ supra visum est: imo
natura conuenit tā mixtis q̄ simplicib⁹: & est
gen⁹ ad p̄prietatē. Deinde inquit Aui. q̄ nō
mirandū est si ipsi errāt: nā eorū acumen in-
genij non se extendit ad huiusmodi rem s̄m
veritatē cōtēplandā. (Quod si ignis esset res
difficilis inuētōnis &c.) In hac pte Aui. ostē-
dit exēplo ignis: qđ añ dixit. i. in cōsuetudinē
esse causam: quare p̄prietates ducāt hoīes in
admirationem: & inducāt ad inquirendū de
causis earū. Virtutes em̄ ignis sunt multo mi-
rabiliores q̄ alicui⁹ p̄prietatis: in̄ quia nobis
cōsuet⁹ sit: nō ducunt in admirationē: neq̄ in-
ducūt nos in iuestigationē causarū effectū
ei⁹. Qđ aut̄ virtutes ignis sunt mirabiliores q̄
p̄prietatum ostēdit. Primo enim ignis extra-
bit visuz de potētia ad actū: hoc est causat sui
visionē. visui p̄sentatū. Secūdo se tāgi p̄hibz
Tertio ascēdit sursum: & facit ascēdere q̄ pōt
vincere: vt̄ paleas stupā & alia leuia. Quarto
ex parua ei⁹ quātitate fit quātitas magna ap-
positis cōbustibilib⁹ in paruo t̄pe. Quinto cor-
rūpit & cōuertit in sui substātiā omne illud
cui obusat. Sexto nō minuitur q̄uis ex eo de

trahatur. Hic aut̄ effect⁹ sunt multo magis ad-
mirādi q̄ attractio ferrī a magnete & similes.

¶ Pro lucidiori distorum de p̄prietate intelo-
lectu queritur. an sint ponende proprietates
distinctę a causis manifestis. s. complexione-
bus. & substantialibus formis. & qualitatib⁹.
Insequētibus cōplexiones. Et arguitur q̄ nō.

¶ Primo. Omnis actio est immediate a mani-
festis qualitatibus: igitur preter illas non op⁹
est ponere proprietates: consequentia est bo-
na: antecedens probō. Omnis actio est a con-
trario: vt̄ sensit Aristoteles primo de genera-
tione. Sed contrarietas solū modo reperitur
inter manifestas qualitates: igitur &c.

¶ Secundo Aristoteles vt̄ visum est censuit
medicinas esse laxatiuas propter manifestas
qualitates. Et Galen⁹ primo & tertio de sim-
plici medicina: vt̄ visum est: igitur p̄prietates
nō distinguitur a manifestis qualitatibus.

¶ Qđ aut̄ nō distiguat̄ a formis substātiāli-
bus Arguit p̄rio sic. Auctoritate Gale. tertio
complexionum: & libro sexto de sanitate tuē-
da & pluribus alijs in locis appellantis p̄prie-
tates totā substātiā distinctam contra qua-
litates simplices. Etiam Auicē. secunda Fen.
primi appellat operationem prouenientem a
p̄prietate a tota substātiā. Et rabi Moyses
in regimie misso ad soldanū. Inqt: forma spe-
cifica est tota essentia. i. substātiā nō simplex
qualitas: igitur p̄prietates non distinguitur a
substātiāli forma. ¶ Scđo oē id quod solo
intellectu percipitur & nullo modo sensu: est
substātiā: sed p̄prietates est solo intellectu p̄-
ceptibilis: igitur ipsa est substātiā: consequē-
tia est bona: maior probatur auctoritate Aris-
totelis dicentis. Tertio de anima: quod quid
est & vniuersale intellectus est obiectum: mi-
nor probatur: quoniam ipsa p̄prietates insen-
sibilis est. Quare. Auicenna de ea inquit. secū-
da primi. Sed est verbi gratia. aut anima. aut
alia forma de non perceptis sensu.

¶ In oppositum sunt sententię solemnitū me-
dicorum ac philoso. vt̄ Galeni in libris simpli-
cium. Et. 3. de virtutib⁹ nālīb⁹: & li. simplicium
pharmacoz. & alijs multis locis. Auic. etiam
p̄ma primi doctri. 6. distinxit attractionem a
virtute contra eam: quę fit a calido: & ne deo-
tur. vacuum. Etiam secunda primi distinxit
operationē a p̄prietate cōtra eā: q̄ fit a mā
& a qualitate. Mesue quoq̄ in canonib⁹ vni-
uersalib⁹: dicem⁹ qđ medicina nō est a re com-

Tractatus

plexionali & c. Auerrois. 5. colliget distiguit opationē q̄ sit a pprietate contra eas q̄ fiunt a primis & secundis & tertijs virtutib⁹: & alij oēs vt Isaac/aliabas/rasis/ & oēs neoterici.

¶ Ad hāc questionē optime p̄crutādā tria exequemur. Primo ostēdem⁹: quid senserint antiqui circa proprietates. Secūdo quid nobis sit sentiēdū. Tertio mouebuntur dubia.

¶ Pro expeditione primi est sciendū: q̄ antiquorū plures nō p̄funde oīz rerū causas perscrutātes. Oēs opationes mixtorū ac miscibilū in causas manifestas retulerūt. s. i. formas substātiales, aut p̄mas qualitates elemētōrū: aut alias ab eis causatas: velut cōplexiōes, colores, sapores, odores. Aut motū: nō curātes inuestigare causas effectū ad dictas cās manifestas neq̄ reducibilū. Hi autē fuere. Aris. & oēs antiqui peripatetici vt Alexāder temixti⁹ Theophrast⁹. Verūt̄ inter eos Alexāder nō modo opationē inferiorē ad manifestas retulit causas. Sed etiā opinat⁹ est oēm formā educi de potētia materiē p̄pter miscibilitū actionē sine cōcursu agētis extrinseci alicuius: Neq̄ seclusit rōnalē aīaz vt s̄ retulim⁹. Horū tñ pōnē oīno esse falsas rōnib⁹ infra mōstrabit. Verūt̄ tñ nō venit increpād⁹ Aris. q̄ causas nōnullorū effectū ignorauerit. Nō em̄ mirādū est Qd̄ ip̄e qui fuit acerim⁹ rerū naturalū indagator: multo q̄ antiquorū errores circa rerū nālū causas ppulsauerit: ac veritatē adiuenerit: si in nōnullis aberrauerit: presertim vbi veritas ex experientia q̄rēda erat: aliq̄ eo priores nihil scriptū reliq̄āt. Aris. ei nō nimis indul sit rerū experientē: vt cōstat ex his q̄ scripsit circa corporū dissectionē in li. de natura aīaliū. Alij vero antiquorū attēdētes ad plures mixtorū effect⁹: quos rōnib⁹ cōperere nō posse puenire a causis manifestis: ducti in admirationem eorū causas inuestigare. Quorū alij nō cōperietes causas: asseruere ipsas nō posse scribi: de quorū nūero fuit Alexāder Aphrodise⁹. Qui in phemio p̄bleumatū ponit: nōnullas ex q̄stionib⁹ naturalibus esse iexplīcābiles: & soli deo cognitās. Et exēplificat: vt cur portulaca stuporē detū aufferat. Aut cur lapis magnetis ferrū trahat: & succinū flocos: & alia eiusmodi. ¶ Alij causas dictorū effectū scribi posse existimauerē: & appellāt eas totā substātiā rei, siue formas specificas, siue pprietates occultas, siue virtutes specificas, aut cōlestes Vt Gale, serapio mesue Auic. Auerrois Isaac

Secundus.

Aliabas Rasis & oēs Neoterici. Qui etiam inter se diuersificati sunt.

¶ Gale. em̄ q̄ plurib⁹ in locis appellet p̄cipia distarū opationū totā rei substātiā/ac pprietates/sue virtutes occultas: in plurib⁹ locis alij p̄am puenire a p̄mis qualitatib⁹: vt supra visuz ē. Alijs i locis a similitudine. Ita q̄ apte videt̄ hesitare circa earū essentiā. s. an sint substantiē, an accidētia: & si sint accidētia, an primē q̄litates: an secundē. Qd̄ autē dubitauerit circa eas apte ip̄e mōstrauit in lib. de substātiā virtutū naturalū. vbi inq̄t. Propter id q̄ nō cognoscūt: q̄ est causa horū actū: noīa ip̄o, fuerunt a potētia faciedī: q̄ facit virtutē dicentes eorū: q̄ fiunt vnus cuiusq̄ horū factiuam ita deniq̄ & Scamoneā: oēs autē: virtutē h̄re purgatiuā. Qui v̄o i naturali laborabit theorica. Alij aliq̄ aliud suadēs sibi ipsi. Hi quidē in corporeas quasdā noīauerūt virtutes in habitare sensibilib⁹ substātijs. Hivero ipsas substātiā s̄m ppriā vnāquāq̄ naturā. Vel qualia ex ea q̄. 4. elemētōrū faciāt. Vel cōpositione primorū corporū & c. Et subdit: ego vero i medio quodā ordie me ip̄m collocauit. De alijs igit̄ dogmatib⁹ enunūas absolute: qm̄ horū sciri eā: q̄ i eis veritatē: horū autē qm̄ de ea nihil sciri: in quib⁹ nunc trāseo. Si scire de eis: ita enūciatē vt de alijs. Non tñ suadens mihi quēadmodū alij certā h̄re notitiā: quorū nō habui demōstrationē certā. Hęc Gale. Neq̄ mirādū est q̄ dubitauerit cū fuerit ex primis: qui cognouere pprietates distinctas a manifestis causis. Nā & Auic. dubitasse videtur qui fuit multo posterior Gale. nā inquit. 2. primi loquēs de proprietate: sed est verbi gratia color: aut odor: aut aīa aut alia forma de nō perceptis sensu.

¶ Auerrois vero licet posuerit proprietates distinctas contra alias virtutes tam primas q̄ secundas q̄ tertias: in vt visum est: posuit ipsas esse habitudines siue similitudines q̄ cōsistūt in mensuris miscibilū: ita vt ei⁹ positio coincidat cū Alexādi peripatetici positione.

¶ Aliorū v̄o sentētia veracior statim exponet. ¶ Pro expeditione secūdi est aduertendum: q̄ Medicorū arabum plures vt Rasis Auicē. Aliabas Mesue Isaac: qui omnes fere eodem ip̄e florere: vidētes dictos pprietatū effect⁹ quos ad manifestas causas reducere esset impossibile: asseruere eorū cās esse naturas distinctas a causis manifestis: & lz nō exp̄sserit an

an essent substantiæ an accidētia ex dictis in
 eorū apte elicif esse accidētia Aulc. in secūda
 Fen. j. canonis Inquit & sua opans substantia
 est illud qd forma suæ spēt opaf quā acqsiuit
 post cōplexionē q̄ cum ei? simplicia se cōmī
 scuerūt ex eis gnata fuit res vna: p̄parauit se
 ad recipiendū specie & formā additā sup illud
 qd hnt simplicia vbi apte mōstrat p̄prietatē
 esse accidēs qn̄ dicit gnata fuit res vna: p̄para
 uit se ad recipiendū specie & formā &c. nam
 oē id qd aduenit post rei gnationē siue nā si
 ue t̄p̄e: est accidēs. Mesue quoq; in principio
 canonū vniuersalū iquit. Dicem? q̄ medicia
 nō est a re cōplexionali. sed qa talis: neq; quia
 cōtrariū in cōtrariū: sed qa talis &c. q̄ dictio
 talis oñdit apte p̄prietatē esse accidēs ex ḡne
 qualitatis: talis em̄ & qualis q̄litate denotant:
 velut asserūt grāmatici: & sūt termini cogno
 tatiui: vt asserūt dialectici: qualitātē cognotā
 tes. Cū his conueniunt oēs medici iuniores.
 Quorū oim sentētia rōnib? plurib? roborari
 pōt. ¶ P̄ria attractio ferri a magnete/ & colē
 ab scamonea/ & similes effect? nequaq; tribui
 possunt causis manifestis: igit opz assignare
 alias eorū cās. Añs p̄bat p̄rio qa nō p̄cedūt
 a cōplexiōe: quia si p̄cederēt a cōplexiōe: vni
 formis cōuenirēt oib? eadē cōplexiōe dotatis
 sed hoc est falsum: nā nō oia calida vt scamo
 nea sūt colē attractiua: neq; oia frigidavt ma
 gnes sūt ferri attractiua. Neq; p̄cedūt a for
 ma substantiali: licet mediate: in nō imediate
 cū ip̄a nō agat siue instrumēto. Neq; p̄cedūt
 ab aliqua manifesta natura: igit procedunt a
 causis alijs distinctis a manifestis causis.
 ¶ Secūda rō si dictē opatiōes p̄cederēt a cau
 sis manifestis: sequerēt q̄ oē attractiuum esset
 cōplexiōis calidē: cū nulli manifestē causē tri
 buatur attractio q̄ caliditati. Sed magnes est
 ferri attractiu? & in nō est calidæ cōplexiōis:
 qui poti? frigidē: igitur ponēda est alia causa
 attractiōis in ip̄o: etiā carabe attrahit paleas
 nō in a caliditate: cū asserat frigidæ cōplexio
 nis: igit attractiōis alia est cā a manifestis.
 ¶ Tertia rō: multæ sunt opatiōes: q̄ nullate
 nus possunt tribui causis manifestis. Sicut q̄
 saphirus stinguat antracē: & q̄ Smragd? cu
 ret disenteria: & q̄ Iacintus confortet cor: &
 peonia curet epilepsiam. Et q̄ virt? nutritiua
 attrahat conueniēs: & expellat disconueniēs
 Et sic de multis alijs: igit assignandē sunt aliq̄
 earum operationum causæ.

¶ Quarta nulla potest assignari causa: quare
 Scamonea attrahat colam: colocynthida ve
 ro flegma: nisi in vtroq; posueris aliqd̄ p̄ci
 pium distinctū a causis manifestis. Nā idē est
 vtriusq; substantiæ mod? eadē cōplexio &c.
 igitur ponenda est in eis virt? distincta a cau
 sis manifestis.

¶ Hanc tenēdo positionē facile est r̄ndere ad
 argumēta añ oppositū Ad primū Negat añs
 Et ad p̄bationē ei? cū dicit: oēm actionē eē
 a cōtrario cōcedēdū est: & negādū est q̄ con
 trarietas solūmō repiat inter manifestas qua
 litates: imo etiā repiat inter occultas p̄prietatē
 tes. Proprietati em̄ q̄ magnes attrahit ferrum
 est p̄prietas cōtraria in aleis: ac etiam in adae
 mante: qua retinet ferrū ne attrahatur a ma
 gnete. Nulla etiā est p̄prietas in rerū natura
 cui nō sit assignabile cōtrariū. Verūtamē nō
 semp p̄prietatis cōtrariū est p̄prietas sed aliq̄
 qn̄ manifesta qualitas vt odor aut color aut
 sapor: vt p̄prietas portulacē q̄ soluit stuporē
 detū: cōtrariū est sapor pōicus qui dicitu stu
 poris est causatiu?. Quāq; dicere qz possit su
 stētabiliter stuporis detū cām nō esse sapore
 stipticū: sed p̄prietatē quādā: qua dotat? est
 sapor stiptic?. Sicut dicim? colorē rubeū esse
 dotatū p̄prietate: qua mouet sanguinē cui p̄
 p̄prietati cōtrariat? p̄prietas iaspidis: qua retinet
 sanguinē: & sic in alijs suo modo. Ad secūdū
 dicit q̄ ea fuit sentētia Arist. vt visuz est: q̄ nō
 est tenenda. Galeni vero sentētia fuit anceps
 vt visum est. ¶ Ad auctoritates persuadentes
 proprietates dictas non distigui a formis sub
 stantialibus dicendum est: tam Gale. q̄ Aulc.
 q̄ alios intelligere per substantiam non sub
 stantiam proprie dictam: sed operationis im
 mediatum principium vt statim exponem?.
 ¶ Ad vltimum argumentum: negatur maior
 & ad eius probationem cōceditur: q̄ substā
 tia & vniuersale sunt obiecta intellectus: nis
 hilominus tamen multa sunt etiā acciden
 tia: q̄ sunt obiecta intellectus: velut sunt intel
 lectiones intellectu p̄cepibiles etiā p̄prietates.
 ¶ Pro tertij expeditiōe Dubitatur primo An
 proprietates sint substantiæ: an poti? accidē
 tia. Quod autem sint substantiæ videtur per
 suaderi ex sententijs Galeni Aulcēnæ: & alio
 rum superius adductis. Quod vero sint acci
 dētia etiā persuaderi pōt auctoritatib? Aulc. &
 mesue supi? paulo expositis. ¶ Pro solutione
 hui? dubij est aduertēdū. q̄ medici dupliciter

Tractatus

loquuntur de substantia: Præo appellant substantiã pprie velut philosophi substantiã formã adueniẽtẽ materiẽ, ex qua cũ mã cõstat cõpositũ: & quã insequuntur accidẽtia. & qua vna spẽs ab alia differt. Alio mō appellãt substantiã: aq̃ imediate pueniũt opatiões. Cũ autẽ a substantia nullũ actũ pueniat imediate pp̃t cõtrarietatis absentia: vt iquit cõmẽtator. 8. metaphisices imediatũ p̃ncipiũ opatiõnũ neq̃q̃ poterit eẽ substantia: sed solũmõ accidẽs. Quare supplẽdũ est p̃mo p̃ncipiũs Aui. 2. p̃mi dicẽtis. Sui vero substantia operãs est forma sui specifica agẽs. & est illa qua ip̃z est id qd̃ est: subintelligẽdũ est opatiõnũ. Hoc supposito ponitur talis cõclusio. Proprietates distẽte occulte sunt accidẽtia, & non substantiẽ pprie distẽte. Quẽ cõclõ rõib̃ psuadet. Prã oẽ id est accidẽs & nõ substantia: qd̃ suscipit magis & minũ pprietas quã occultata suscipit magis & minũ igif ip̃a est accidẽs. maior est Aris. in p̃dicamẽtis: minor p̃z aliq̃s em̃ magnes magis est ferri attractiuũ: aliq̃s vero minũ: etiã aliq̃d̃ est reubarbarã magis attractiuũ colẽ: aliq̃d̃ ṽo minus. Secũda oẽ id qd̃ repif plurificatũ in aliq̃re: nõ est eiũ substantiã forma sed est accidẽs. Nã vniũ materiẽ vnica est forma substantiã. Sed pprietas in eadẽ re iuenif plurificata. Nã in magnete est pprietas attractiua ferri: & est etiã pprietas per quã ligaf ab alijs & ab adamãte: & Alia q̃ cõfert hidropicis. Etiã Smaragdũ h̃z pprietate cõfortãdi cor & curandĩ disenteria, & cõfortãdi stomachũ, & aliã resistẽdi veneno. Etiã saphirũ h̃z vnã pprietate cõfortãdi oculos, alterã curãdi carbunculũ, aliã resistẽdi veneno. Nõ secus plura alia sunt dotata varijs pprietatib̃. Tertia id qd̃ destruitur forma substantiã remanãte est accidẽs. Nã aserẽte porfirio in p̃dicabilib̃ accidens est qd̃ adest vel abest p̃ter subiecti corruptionẽ. Sed pprietas destruis forma remanẽte. Nã multẽ medicinẽ ex antiquitate pdũt virtutẽ. igif pprietas est accidẽs & nõ substantia. Plures aliẽ rõnes afferri possent. Sz hęc sufficiãt Proprietatũ autẽ subiecta vt visus est aut sunt materia prã aut cõpositũ: & aliqñ sunt accidẽtia alia: vt sapes, odores, & colores. ¶ Scd̃o dubitat̃ posq̃ hęc virtutes siue pprietates causant̃ p̃z veriorẽ sententiã a corpib̃ cõlestib̃, vtrũ possit naturalitẽ sciri q̃ proprietates a quib̃ causentur astris. ¶ Pro solutiõẽ huiũ dubij est aduertẽdũ, qd̃ corporũ cõlestiũ in hęc inferiora

Secundus.

duplex est impressio. Quẽdã est vniuersalis: q̃ fit motu ac lumine: & hac gubernant̃ oia inferiora: tã elemẽta, q̃ mixta in cõi: ita qd̃ propinquiora magis p̃cipiãt distã ipressione: remotiora vero minũ. Altera est ipressio particularis: q̃ fit sine lumine & motu & sine mediũ aliqua alteratione: solũmodo virtute influxa. Secũdo aduertẽdũ: qd̃ pprietates nõ p̃cedũt a cõlestibus p̃m vniuersalẽ influxũ eorũ. Sed tĩmõ p̃z particularẽ: vniuersalis em̃ ipressio solũ est motio tã elemẽtorũ q̃ mixtorũ ad gñationẽ: & corruptionẽ. His notatis pono conclusiones. Prã cõclusio Impossibile est euidẽter scire q̃ pprietates a quibus astris causantur. Secũda cõclusio pbabiliter sciri põt de cõpluribus pprietatib̃ a quibus astris causant̃. Prã cõclusio ex se patet. Nã demonstratiue id neq̃ qd̃ p̃bari põt: neq̃ demonstratiue, pp̃ter qd̃ neq̃ qd̃ ex p̃se notis cõflata. Scd̃a conclusio p̃z pbabile est: attractiua ferri pprietate causari a polari Stella vt visum est: pprietate scamonee q̃ attrahit colorã causari a marte & pprietate iacinti: qua cõfortat cor: causari a sole: & q̃ resistit venenis causari a Ioue: & sic in alijs vt supra visum est. Quare cũ q̃ritur: quare magnes h̃z virtutẽ ferri attractiua: nõ incõgrue quis r̃ndebit. Quia tã magnes q̃ ferrũ subiacet stellã polari verũtũ magnetis virtus habet supiorẽ gradũ in eo ordine. Etiã cũ q̃s q̃ret: quare Scamonea h̃z virtutẽ colere attractiua: nõ incõgrue r̃ndebitur: quia tã scamonea q̃ colera subiacet marti: verũ virtũ scamonee est superior virtute colorẽ. Etiã cũ quis q̃rit quare leo timet gallũ nõ incõgrue r̃ndebitur: quia tã gallũ q̃ leo subiacent soli: tamẽ gallũ obtinet supiorẽ locũ in eo ordine. Et cõsimiliter si quis q̃rat de aliã pprietatũ causis semp causam supra cõlestẽ particularẽ cõperiemus: q̃ suo particulari influxu ip̃az causaerit. Si p̃be p̃scrutemur: q̃ ex mixtis culuis tã stellarũ fixarũ q̃ erraticarũ subiaceãt. Quam rem nos docet Ptolomeũ in quadri p̃titi li. 2. & albumazar li. 4. magni Introductorij: & 5. lib. magnarũ cõiunctionũ. Et aliij etiã astrologi suis locis. At primi tractatũ libri de virtib̃ cordis interpretationi hic mihi finis imponif. ¶ Ad laudem sanctissime trinitatis virginisq̃ Mariẽ deipare ac totius curiẽ cõlestis.

¶ Finis Tractatus primi.

Capitulum

Hic incipit tractatus secundus.

TEXTVS.

De numero & notificatione virtutum Medicinarum in genere.

Capitulum. s.



Hxpedit: vt tractare volentes de conditionibus medicinarum cordialium memoremus opera cuiuslibet speciei ipsarum. An tamen hoc conueniens est: vt omnium medicinarum vniuersaliter qualitates secundum ordinem numerem, diuidetes. Quoniam qualitatibus medicinarum quedam inherant ipsis substantiis medicinarum ex se: siue antequam patiantur a corpore: siue non. Quedam vero is attribuuntur per comparationem ad effectum: que in corpore derelinquunt: & in his que in ipso reperiuntur.

Qualitates autem que in ipsis substantiis medicinarum ratione sui attribuuntur: sunt verbi gratia Caliditas, Frigiditas, Siccitas, Humiditas, Subtilitas, & Grossities, Congelatio, Viscositas, Liquiditas, Minutio, Sapor, & Odor. Dicitur autem calida. Quae cum passa fuerit a naturali virtute nostri corporis: calefit. Primo deinde calefacit post modum nostrum corpus. Similiter intelligendum est de Frigida, Sicca, & Humida. Subtilis vero medicina: que postquam passa fuerit a predicta virtute in corpore nostro: velociter in minimas partes diuiditur: quantum est possibile: vt sicut cinamomum, atque crocus. Grossa vero dicitur: quae huic contraria est: sicut cucurbita & gypsum. Coagulatiua vero medicina est. Quae frigore coagulata calore dissoluitur: & liquefit. Atque calore dissoluta frigore coagulatur. Medicina vero liquida est: cuius partes de facili recedunt a loco: in quo ponuntur. Viscosa vero dicitur: que tollerat extensionem absque intermissione. Comminibilis vero medicina est: quae diuidi potest in minimas partes a debili causa. Quid autem sit sapor & odor: iam notum est.

Qualitatum autem quae ipsis medicinis attri-

Primum. fol. li.

buuntur respectu impressionis: quae in corpore vel in conuenientibus ei relinquantur: quaedam accipiuntur ab actionibus absolutis: quaedam ab actionibus relatis ad partes corporis speciales. Primum vero sunt quae signantur cum dicitur. Medicina, Subtiliatiua, Apertiua, Relaxatiua, Lauatiua, Incisiua, Attractiua, Mordicatiua, Dissolutiua, Abstergiua, Exasperatiua, Rubificatiua, Viceratiua, Pruritiua, Combustiua, Corrosiua, Putrefactiua, Cauterizatiua, Maturatiua, Digestiua, Inflativa, Frangitiua, Vetrositatis, Ingrossatiua, Inuiscatiua, Lenitiua, Lubrificatiua, Contractiua, Expressiua, Opilatiua, Repercussiua, Stupefactiua, Confortatiua, Incrudatiua, Mortifera, Corruptiua seu venenosa Tyriacalis. Alias vero qualitates sunt quae signantur: cum dicitur Medicina laxatiua, Prouocatiua vrinae, Aut sudoris Inductiua vel nauseatiua, Vomitiua, Retentiua sanguinis: aut vrinae. Conspatiua, Cicatrizatiua vicerum, Gnativa, Et mundificatiua ipsorum, Decoratiua, Excoricatiua. Ad distinctam autem cognitionem cuiuslibet qualitatum volumus explicare cuiuscumque predictorum vocabulorum intentionem.

Subtiliatiua ergo medicina est illa: quae substantiam humoris efficit tenuem, leuiter dissoluit cum temperata caliditate.

Dissolutiua vero medicina est illa: quae propter excellentiam suae caliditatis humorem diuidit sub forma vaporis: & eius partes extrahit successiue a loco in quo includitur: donec consumatur.

Abstergiua quidem est: quae mouet a superficie membrorum & orificiis pororum coagulatas & viscosas humiditates.

Exasperatiua vero est: quae membrum efficit in superficie diuersarum partium quo ad situm, & exasperans quidem efficitur abstergiua: quando transit super membrum solidae substantiae: sicut cartilago & os: cuius quidem superficies naturaliter partes habet diuersas in situ. Sed humiditas viscosa vel lenis currens super ipsum applanat eam accidentaliter. Vnde abstergiua transiens super eam reducit ipsam ad naturalem asperitatem.

Apertiua est: quae non tamen ab orificiis meatuum Sed a concavitatibus ipsorum mouet materiam ad extra intus contentam.

Relaxatiua est: quae substantiam membrorum humentis spissos poros efficit leniore caliditate & humiditate: propter quod expulsio superfluitatum: quae continentur in eis, sit leuior.

Tractatus

Lauatiua est: quæ abstergit: & non cū actiua virtute. Sed cum passiuā. s. humiditate: & hoc ideo: quia currit super orificia pororum leniens humores viscosos & congelatos existentes, ibidē sua humiditate lubricatiua/ cōmiscendo se illis: q̄ obrē remouet eos ab inde propter motū eius super illorū superficies: sicut aqua ordeis: & aqua simplex calida. Qd̄ si fuerit ibi virtus abstergiua erit ablutio fortis: sicut est aqua saponis: & saponarie.

Incisiua autē est medicina subtilis p̄fecte potēs penetrare inter superficiem membri & superficiē viscosi hūoris adherētis ei: donec separet ipsum ab ea: & similiter penetrare potēs inter partes hūoris: donec diuidat eas: & a cōtinuitate remoueat diminuēs congeries ipsius humoris sua subtilitate substantiæ. atq; ipsum resoluendo consumit. Et incisuum quidē opponitur adherenti viscoso. Quemadmodum subtiliatium grosso opponitur.

Atractiua vero est medicina hñs virtutem valde penetratiuam: mouens humorem: quē attingit ad superficiem: aut cum p̄prietate: aut cum calefactione. Calefactione quidē quia dissoluit: & ad locū dissolutę humiditatis necessitate vacui alia subsequit vice primę. Item etiam quia rarificat: p̄pter quod attractio fit ad replendum vacuum. Et iterum propterea: quia causat dolorem. Et ad membrum quidē dolens confluunt materię duplici de causa.

Quarum prima est: quia dolor virtutē membri debilitat. Et ideo recipit superfluitates: quę ab alijs membris expelluntur ad ipsum.

Secunda vero est: quia spiritus naturalis procedit ad ipsum ad impugnandum causam nociuam: quem sequitur sanguinis multitudo.

Mordicatiua vero medicina est illa: quę habet qualitatem subtiliter penetratē causans in cōtinuitate solutionem multiplicem numero paruę tamen quantitatis/ etiam propinqui situs: generans dolorem.

Rubificatiua vero est: quę forti caliditate membrū cui obuiat calefacit in tm̄: vt ad ipm̄ fortiter trahat subtilem sanguinē/ & rubificatē superficiem eius: sicut sinapis cum ficubus & mentastro. Propter quod eius actio vicem cauterij suplet.

Vlceratiua vero est: quę habet potentiam rubificandi adeo excellentē: vt dissoluat humiditatem cōtinuatiuā partium: quibus obuiat: causatq; vlcera/ vel vulnera/ & attrahitq; ad

Secundus

ipsa superfluitates: q̄ obrē vlcus efficiūt quales est anacardus.

Puritatiua autem est: quę potest acumine & caliditate sui vsq; ad poros humores mordicantes attrahere: nec tamen vlcerare potest: quēadmodum serapinum.

Adustiua vero medicina est: quę facit evaporare hūiditatem ab humoribus/ relinquēs cineritatem ipsorum in corpore: sicut euforbium/ & asia fetida.

Corrosiua vero est: quę dissoluendo & vlcerando peruenit ad diminuendum substantiam carnis.

Putrefactiua vero est: q̄ cōtinuitatem membri corrumpit/ dissoluendo naturalem spiritū atq; calorē ipsius absq; eo: q̄ corrodat ipsum aut cauteriet. aut comburat. Sed relinquit in eo humiditatem: in qua agit calor in naturalis. Dispositio autem humiditatis in quam agit calor in naturalis putrefactio nominatur. Tales autem medicinę sunt arsenicum: & ruta siluestris.

Cauterizatiua medicina est: quę cutē comburit taliter: vt eius consumat humiditatem: propter quod eius partes corrugantur: sicut in eo quod assatur: q̄ obrē efficitur substantia cutis oppillans meatum hūoris fluentis.

Maturatiua Medicina est illa: quę rectificat substantiam humoris. Vt pote subtiliando si fuerit grossus: aut e cōtra: propter quod ad expellendum habilitat: & illud quidem facit: quandoq; cum substantia sua. Nam si subtilis fuerit subtiliat nimis grossus: si vero grossa: quod nimis est subtile ingrossat. Quę vero facit illud cum qualitate: nam si fuerit calida maturat per se frigida vero per accidēs. Et em̄ calida subtiliat quod est grossum: & naturaliter separat inter corpora & rem extraneā. Frigida vero quando est nimis subtilis procurat substantiam mediocrem: & nimis caliditatis complexionem temperat. Et oē quidē quod a calido lique fit: a frigido coagulatur: & e contra. Cum ergo subtilitas humoris causatur a caliditate extranea: ita q̄ caliditas naturalis efficitur propter illud impotens ad expellendum ipsum: frigidum quidem tunc frāgit extranei coloris acumen.

Digestiua vero medicina est: q̄ trāsmutat cibū in hūores laudabiles: quib; corp; nutrit: & humores in substantiam corporis.

Inflatiua vero medicina est: in cui; substā

ta dominatur grossa humiditas extranea temperate commixta: in qua cum egerit caliditas naturalis generatur inde ventositas: quæ non dissoluitur: sicut sunt faseoli. Istarum vero medicinarum quedam causant inflationem in stomacho. Quedam in venis in quibus enim predicta humiditas fortius est commixta: non dissoluitur inde multa ventositas nisi apud separationem partium medicinarum: idcirco causatur in venis inflatio: non in stomacho. Tales autem medicinarum sunt sicut zinziber, & eruca, & sunt medicinarum congruentes ad excitandum libidinem.

¶ Frangitiua ventositatis medicina complens est cum caliditate subtili, & ignea defectum caliditatis debilis: quæ dissoluere nequit ventosam humiditatem. in quam agit. Dissolutio autem huius medicinarum quandoque peruenit ad dissolutionem inflationis causatam in venis acerbis & medicinis: quale est semen rutæ, & agni casti: & huiusmodi medicinarum nocent libidini.

¶ Ingrossatiua vero medicina est contraria subtilitati. Inuiscatiua seu lenificatiua medicina est illa: quæ sui viscositate extenditur supra superficiem membri diuersarum partium insiru. s. asperi sicut stomachi & matricum & tracheæ arteriæ: quæ obrem causat in eis superficiem extraneam atque leuem.

¶ Lubrificatiua autem medicina est: quæ humectat superficiem corporis in meatu retenti & liberat meatum ab eo: quod retinetur. Corpus quidem retentum cum grauitate propria & naturali mouetur: propter quod medicina efficitur per accidens mouens ipsum: quales medicinarum sunt: pruna: & muscilagines.

¶ Compressiua vero medicina est sicca, causans in membro siccitatem, & coadunationem ipsius ad se ipsum: unde obturatur transitus, & meatus: & ex fortitudine compressionis & coadunationis partium membri ad inuicem coguntur humiditates subtiles in eius concauitatibus permanentes exprimi violenter: ex motu eius opposito.

¶ Oppilatiua medicina est illa: quæ in meatibus currens resistit virtuti motoris: & remanet apud quilibet constrictiuam: & replet vlcus sicut est lutum comestibile.

¶ Repercussiuua vero medicina est frigida: quæ adeo infrigidat membrum: quod ipsum inspissat & eius meatus restringit: & fluens ad ipsum

congelat: & inspissat extinguendo caliditatem ipsius: quæ obrem retinet ipsum: & prohibet eius motum: & proprie si fuerint grossæ substantiæ: sicut oleum rosatum infrigidatum: & musci lagopsilij: & consimilia.

¶ Stupefactiua est medicina frigida: quæ adeo infrigidat membrum: quod propter frigiditatem alterat substantiam spiritus penetrans in ipsum & extrahit a complexione sua: quæ recipit virtutem sensus & motus: & permutat etiam complexionem ipsius membri: vñ amputat sensum eius.

¶ Confortatiua medicina est: quæ adeo temperat complexionem membri: vt prohibeat ipsum recipere corruptelam: aut cum proprietate: aut cum sua complexione ita. s. quod infrigidat nimis calidum & nimis frigidum calefacit: quemadmodum de oleo rosato commemorat Galenus.

¶ Incrudatiua medicina est: quæ frigiditate sua prohibet maturationem & digestionem: sicut aqua frigida cum bibitur in apostemate stomachi.

¶ Medicina autem quæ proprie appellatur venenosa: est illa: quæ corrumpit complexionem spiritus per contrarietatem substantiæ speciei suæ ad substantiam & speciem spiritus: sicut napellus.

¶ Medicina autem tyriacalis & liberans a veneno est illa: quæ complexionem spiritus ab impressione veneni reducit ad naturalem: & ab ipso reseruat eam cum sua proprietate.

¶ Medicina autem puocatiua vrinae, ac sudoris, & medicina laxatiua, & iterum sanguinis eductiua, & retentiua ipsius, & his consimiles manifestas quidem habent intentiones: quæ propter notificationem non indigent.

¶ Commentaria.



In primo libro Auic. theorice pertrauit de spiritu: & causis eius: & de passionibus ei euenientibus & de causis gaudij & tristitiæ tam intrinsecis: quæ extrinsecis: & de modis letificandi reperitis in medicinis.

¶ In hoc secundo libro pertrauit de medicinis confortantibus cor, & letificantibus. Et diuiditur liber in quinque partes pro numero capitulum. ¶ In prima agit de virtutibus medicinarum in generali. ¶ In secunda de virtutibus medicinarum pertinentium ad cordis confortationem. ¶ In tertia de medicinis simplicibus cordialibus: quas omnes connumerabit notificando complexionem, & virtutes cuiusvis

earum tam primam: quā secundam: quā tertiā:
 quā quartam: si omnes medicina sortitur.

In quarta parte agit de virtutibus medicina-
 rum compositarum cordialium.

In quinta parte agit de medicinis solutius
 cordialibus. Partes patebunt. Prima pars di-
 uiditur in duas: in quarum prima diuidit vir-
 tutes medicinarum in duo membra: & primū
 membrū subdividit in plura membra: quā omnia
 diffinit. ¶ In secunda parte secundum membrū
 subdividit in plura membra: quorū quodlibet
 diffinit. Ante tamen quam diuisionem agrediatur.
 Inquit. Quod volentes pertractare de condi-
 tionibus seu proprietatibus medicinarum cor-
 dialium: oportet vt pertractet de operationibus
 illarum. Etiam antequam fiat pertractatio de
 operationibus in speciali oportet vt in gene-
 rali fiat pertractatio de qualitatibus medicina-
 rum & intelligit per qualitates virtutes. Vbi
 duas subintelligit Conclusiones.

¶ Prima. Nullus potest bene pertractare de pro-
 prietatibus medicinarū qui pertractet de ear-
 um operationibus. ¶ Secunda est ad bene
 pertractandum de operationibus medici-
 narum cordialium in speciali: oportet prius sci-
 re in generali virtutes medicinarum. ¶ Prima
 conclusio patet: quoniam vt refert Philosophus pro-
 hemio Physicorum: a notioribus nobis ad notio-
 ra naturae procedendum est operationes au-
 tem notiores sunt proprietatibus quare de ope-
 rationibus prius pertractandum est ad proprie-
 tates cognoscendas. ¶ Secunda conclusio etiam
 probari potest. Quoniam virtutum medicinarum
 quaedam deseruiunt ad cordis confortationem/
 quaedam vero non. Et cum ab vniuersalioribus
 ad minus vniuersalia procedendum sit: teste Phi-
 losopho loco allegato: prius agendum est de
 virtutibus in generali: quā in speciali de virtuti-
 bus medicinarum cordialium. Deinde diuidit vir-
 tutes medicinarum in duo membra dicēs. quod
 qualitatū siue virtutum medicinarum. Quae-
 dam inherēt substantiis ipsarum medicina-
 rum absolute: nullo habito respectu ad humanum
 corpus: nam siue a corpore patiantur siue non
 tales sunt. Aliae vero attribuuntur ipsis medici-
 nis per comparationem ad humanū corpus:
 eo quod derelinquunt aliquem effectum in cor-
 pore humano & in his: quae in ipso reperiuntur.
 i. in humoribus aut spiritu. Deinde conu-
 merat in diuidua primi membri dicēs. Quod
 qualitates siue virtutes: quae tribuuntur substā-

tiis medicinarum absolute. Sunt vt caliditas/
 frigiditas/humiditas/siccitas/subtilitas/gros-
 sitas/congelatio/viscositas/liquiditas/minus-
 tio/sapor & odor &c.

¶ Pro huius litterae pleniori intellectu aduer-
 tendum est primo: quod virtutum medicinarum.
 Quaedam dicuntur primae & sunt quattuor
 virtutes elementares. i. calefaciendi infrigidā-
 di/humectandi & exicandi & dicuntur primae
 quoniam ab ipsis aliis emanant quae secunde dicuntur. Quae-
 dae vero dicuntur secundae & sunt velut attra-
 hendi virtus/subtiliandi virtus & abstergen-
 di & carminandi &c. quae non distinguuntur
 a primis nisi solummodo ratione. Et dicuntur
 secundae quia sequuntur mensuram mixtionis
 primarum: vt refert Auerrois. §. colliget. Quae-
 dam dicuntur tertiae virtutes. Et sunt quae deter-
 minantur alicui corporis particulae vt virtus la-
 ctis generatiua: virtus cerebri aut cordis aut
 epatis confortatiua. Aliae vero dicuntur virtutes
 quarte vt virtus epilepsiae curatiua: & virtus
 ventris solutiua & virtus vomitiua & vrinae
 prouocatiua. Haec diuisio colligitur ex dictis
 Gal. §. de simplici medicina etiam ex dictis Auic.
 2. canonis cap. 4. tractatū primi. Quae aliter di-
 uidat Auic. virtutes. i. In vniuersales & particu-
 lares & similes vniuersalibus vniuersales ap-
 pellat tam primas quā secundas particulares ap-
 pellat virtutes tertias quae ad particulare me-
 brū aut morbum adaptari possunt. Similes vni-
 uersalibus appellat eas: quae licet sint particu-
 lares: tamen quia afferunt Iuuamentum aut
 nocumentum toti corpori: censet vniuersales:
 vt virtus ventris solutiua: & vomitus prouo-
 catiua: & prouocatiua vrinae & prouocatiua
 sudoris. ¶ Secundo aduertendum: quod licet omnis
 virtus medicinae referatur ad corpus humanum.
 Medicina enim dicitur calida aut frigida &c.
 propter effectum quem relinquit. In corpore humano:
 vt sensit Gale. 2. de simplici medicina vbi inquit.
 omne quod dicitur calidum potentia apud ho-
 minem: non dicitur: quod est ita nisi quia calefacit
 corpus eius. Et Auic. j. primi doctrina. 3. inquit
 cum dicimus quod medicina est calida: volumus
 dicere quod propter ipsam in corpore hominis
 prouenit caliditas &c. Nihilominus tamen aliquae vir-
 tutes dicuntur absolute de ipsis medicinis: eo
 quod ipsis insunt antequam applicentur corpori huma-
 no. Medicina enim quae antequam applicet corpori
 humano est potentia calida aut frigida aut sub-
 tilis aut grossa &c. Aliae vero solummodo re-

est & per cōparationē ad effectū quē efficiunt in corpore humano dicuntur. Ista quę virtutes non ipsis insunt verum cū applicantur corpori humano exeunt in opera: ppter quas diſtę virtutes eis tribuunt. Virtus apertiuā subtiliatiuā relaxatiuā &c. quęlibet em̄ harū non est virtus inherens substantię medicinę diſtincta a complexiōe: sed est ipsamet complexio medicinę: & sortit talem denominationem cum in corpore operationē efficit: ante tñ q̄ corpori applicetur nullalis virtus medicinę inheret: propter quā sortitur talem denominationē. Et tā primę q̄. 2. ab Auic. qualitates dicunt: eo q̄ sunt naturales potētīe. Vna autem de speciebus qualitatū est naturalis potentia & ipotentia. Virtus autem vt refert Gale. j. de simplici medicina. Est causa q̄dam agēs. lib. quocq̄ tertio cōplexionum appellat facultates effectus totius substantię in quo vis corpore & per totā substantiam intelligit complexionē nam subdit. Quā etiam cōstare ex calido / frigido / humido / & sicco / inter se mixtis dicimus. (Dicitur autem calida &c.) Consequēter Auic. diſtinctit Vna quāq̄ diſtinarum virtutum quę insunt substantiis medicinarū absolute. Et primo virtutem calefaciendi. dicēs: calida medicina est quę cum passa fuerit a naturali virtute nostri corporis: deinde calefacit corp⁹ nostrum. Et dicit: q̄ eodem modo intelligendū est de frigida & de humida & sicca.

Pro pleniori litterę intellectu est sciendum q̄ vt refert Gale. j. de simplici medicina. Virt⁹ est duplex Quędam quę est actu. Alia q̄ est potentia eius quod erit actu: hoc est: alia est quę est potentia. Actu est velut virtus calefactiuā in igne: & in frigidatiuā in glacie. Potētia est velut virtus calefactiuā in p̄tetro: & in frigidatiuā Iniusquamō Auic. autem in littera solummodo diſtinctit potentialem virtutem calefaciendi & in frigidandi &c. medicina em̄ potētia talis siue calida siue frigida nō agit in corp⁹ nostrum: quā passa fuerit a calore nostri corporis. Et postq̄ calor naturalis egerit in ipsa ipsa agit in nostrum corpus reducta de potētia in actum. Quo autem modo calor naturalis reducat medicinam de potentia ad actum. Varię sunt auctorum sententię. Quas statim explicabimus (Subtilis vero medicina.) diſtinctit medicinam subtilem dicēs: q̄ est: quę cum passa fuerit a naturali virtute: diuiditur

velociter in partes minimas: vt cinamomum crocus: Grossa vero est ei cōtraria: vt gipsum & cucurbita: & similes. (Coagulatiua medicina est. q̄ frigore coagulata &c. diſtinctit coagulatiuam medicinā: & litterę sensus est apertus vt nulla indigeat interpretatione. Sed aduertendum: q̄ duo sunt genera medicinarum coagulatiuarum quędam em̄ sunt calidę: & ipse coagulant facta partium subtilium aquosarum resolutione: quęadmodum sol coagulat lutum. Quędam vero sunt frigidę: et ipse coagulant dempsando ac comprimendo partes subtiles diſsolutas: quo pacto frigid⁹ intensum dempsat aquam / & ceteros liquores. Hic autē Auic. non sumit p̄prie medicinā coagulatiuā p̄ ea: q̄ efficit coagulationem.

Sed improprie pro ea: quę facile coagulatur: quale est lac / & multę sucorum species. Medicina autem liquefactiuā est contraria coagulatiuę. quę etiam potest summi p̄prie pro ea quę efficit liquefactionem: & improprie p̄ ea quę est facile recipiēs liquefactionē. (Medicina vero liquida.) diſtinctit Auic. medicinā liquidam: & eius contrariam viscosam: cuius littera interprete non indiget. (Cōminuibilis vero medicina est &c.) deinde diſtinctit cōminuibilem. Cuius contraria est incōminuibilis. Quę littera haud quāq̄ interpretatione eget. ¶ Circa quam litteram est aduertendū q̄ omnes connumerate proprietates potius sunt modi substantię quam qualitates. Quare mesue in canonibus vniuersalibus ipsas inter modos substantię cōnumerauit. Vbi inquit: conditiones quidem: quę sunt ex parte substantię: sunt graue / & leue / subtile / & grossum / tenerum / & tenax / raram / & spissum.

¶ Secundo aduertenduz: q̄ p̄ter proprietates in littera connumeratas: quę inherēt ipsis medicinis: sunt etiam alię vt mucositas: oleositas: spogiositas: leuitas: grauitas / raritas & dēpsitas. quid autē vnaqueq̄ earum significet: vide apud secundum canonis Auic. tractatu. primo & apud Galenum in libris de simplici medicina.

¶ Qualitatum autē quę ipsis medicinis &c. In hac secunda parte Auic. agit de virtutibus medicinarum: q̄ non insunt substantiis earū: sed ipsis tribuuntur propter operationes: quas in corporibus nostris efficiunt. Et diuiditur in duas partes. In prima in generali cōnumerat eas. In secunda diſtinctit quęlibet earum ibi

subtiliatiua. In prima diuidit virtutes dictas dicens: quod qualitates siue virtutes: quae tribuuntur medicinis respectu impressionis: quae relinquunt in corpore humano: aut inconuenientibus eius. scilicet in sanguine, aut spiritu, aut alijs contentis: sunt in duplici differentia. Nam quaedam accipiuntur ab actionibus absolutis. Aliae accipiuntur ab actionibus relatis ad partes corporis speciales. Et exemplificat de vtrisque. Primae sunt ut subtiliatiua, aptiua, relaxatiua, &c. Secundae sunt ut laxatiua, puocatiua, vomitua &c.

¶ Pro cuius intellectu est sciendum: quod inter virtutes: quae sumuntur ab actionibus absolutis: & eas quae sumuntur ab actionibus relatis ad partes corporis. Est duplex differentia. Prima sumitur ex parte modi significandi. Nam primae significant absolute: secundae respectiue. Secunda sumitur ex parte cause operationes: primae omnimodum ut subtiliandi & aperiendi &c. cause sunt qualitates primae siue complexionales qualitates: secundarum vero ut laxandi ventrem puocandi urinam &c. cause sunt plerumque occultae proprietates: licet quandoque etiam sint complexiones cum substantiae modo. Secundo aduertendum est quod proprietates seu virtutes relatae ad partes corporis speciales sunt in duplici differentia. Nam quaedam sunt quae toti corpori aut iuuamentum, aut nocumentum efficiunt: & illas Auicenna appellat similes vniuersalibus: ut virtus ventris solutiua & urinae puocatiua &c. Aliae vero sunt quae vni tantum membro iuuamentum, aut nocumentum efficiunt: & illae sunt: quas Auicenna. 2. canonis appellat particulares: ut virtus lactis generatiua: virtus cordis confortatiua, & virtus canceri sanatiua &c. Omnes autem haec. scilicet tam similes vniuersalibus quam particulares dicuntur a Medicis virtutes tertiae aut quartae.

¶ (Subtiliatiua ergo). In hac secunda parte Auicenna. facit quod dictum est: & primo diffinit virtutes: quae accipiuntur ab operationibus absolutis. Et inter eas primo subtiliatiuam dicens: subtiliatiua medicina est quae substantiam humoris efficit tenuem &c.

¶ Pro cuius intellectu aduerte: quod medicinae subtiliatiuae indigent subtilitate substantiae: ut possint in partes humoris subtiliandi penetrare. Indigent etiam temperata caliditate: ut ipsum humorem rarefaciant: quod si sint caliditatis intensae. Iam non modo erunt subtiliatiuae sed etiam resolutionis: & sunt ut camomilla, yso-

pus, halasce.

¶ Circa dissolutiuam medicinam aduerte. quod diffinitur medicina resolutiua & subtiliatiua propter intensionem & remissionem caliditatis: resolutiua est interioris caliditatis: & ideo humorem in vaporem conuertit: & extrahit a loco: in quo continetur. & sunt. ut Anisum, galbanum, sal, prassum, maiorana, & similia.

¶ Praeterea aduertendum est quod mundificatio absterisio & ablutio ferme idem significant: in plus se habet mundificatio & absterisio: quam ablutio. Absterisio enim est humiditatum viscosarum & tam superficialium quam contentarum in poris cutis abrasio: & fit a calida virtute actiua. Ablutio vero est solummodo humiditatum superficialium abrasio: quae fit a virtute passiva. scilicet ab humiditate, ut infra ostendetur. Absterisiuua sunt ut aqua mellis, succus bletae, centaurea, vrina, aqua salsa, zucarum rubeum, & similia.

¶ (Ex asperatiua vero est.) In hac parte Auicenna. diffinit medicinam exasperatiuam dicens: quod exasperatiua medicina est, quae efficit in superficie membri diuersitatem situs quo ad altitudinem & profunditatem. Vbi aduerte quod ut ceteris Auicenna. 2. cano. Triplex est medicina exasperans quaedam quae id efficit propter fortitudinem suam contrafractio nis cum grossitie substantiae, ut gallae, alumine, & alia stiptica. Alia est quae exasperat propter suam acuitatem subtiliando substantiam membri, & siccando eam. Alia est quae exasperat absterigendo humiditatem viscosam, quae est super membrum solidae substantiae & diuersarum partium. Exemplum secundi est ut calx vicia, flos eris, et similia corrosiua. Exemplum tertium ut corona regia, & amara omnia absterisiuua.

¶ (Aperitiua medicina est.) Diffinit aperitiuam medicinam dicens, quod medicina aperitiua est, quae non tantum monet materiam ab orificijs meatuum: velut absterisiuua: sed etiam a concavitatibus ipsarum extra pellendo: ut petroselinum, cicer, sparagus, apium, vrtica &c. Vbi aduerte aperitiuam medicinam esse substantiae subtilis, & fortis caliditatis. Omne autem acutum est aperitiuum: & omne amarum subtilis substantiae, est etiam aperitiuum.

¶ (Relaxatiua medicina.) Diffinit Auicenna. medicinam. Relaxatiuam siue mollificatiuam: & littera est clara: huiusmodi sunt ut amplastum, de folijs maluarum: aut de semine lini: & assurgit quae vis: quae duris apostematibus applicari

confueuerunt.

¶ (Lauatiua medicina &c.) Hic Auicē. diffinit medicinam lauatiuā: & littera ē clara. Vbi aduerte discrimen superius positum inter medicinam abstersiuam & lauatiuā. Abstersiua em̄ abradit cum virtute actiua. s. sua caliditate Lauatiua vero cū virtute passiuā. s. sua humiditate se cōmiscendo cum grossis humiditatibus existentibus in superficie mēbri: & eas suo cursu auferendo.

¶ (Incisiua medicina.) Hic Auic. diffinit medicinam incisiuam. Vbi aduerte propriū esse medicinæ incisiuæ penetrare inter duas superficies. s. membri & humoris viscosi: diuidere autem substantiam humoris est etiam operatio medicinæ subtiliatiuæ. Incisiuæ medicinæ sunt vt acetum / syrupus acetosus / oximel / ruta / nitrum / & similia.

¶ (Attractiua medicina est &c.) Hic Auicē. diffinit attractiuā medicinam: & diffinitio est clara. Et assignat duplicē attractionis causam cum dicit. Aut cū proprietate: aut cum calefactione. Cū proprietate attrahūt magnes reubarbarum scamonea & alia eiusmodi. Cū calefactione castoreū / piper / piper / stercus / columbinum / & similia. Deinde assignat causas: propter quas a caliditate fiat attractio: & sunt tres numero. ¶ Prima quia caliditas dissoluit siue resoluitur humiditates conuertendo eas in fumū / & consumendo eas / & loco dissolutarum succedunt alię ne detur vacuum.

¶ Secunda causa est: quia caliditas rarefacit. In omni aut rarefactione partes: quę ante fuerant conuinctiores / redduntur inter se distantes: & ne detur vacuum / humiditates subeunt interualla partium: quare fit attractio: veluti cum fit ebullitio alicuius liquoris: subintrat aer ne detur vacuum. ¶ Tertia est quia caliditas si sit intensa causat dolorem: ad locum aut doloris fluunt humores. Nihil em̄ est quod perfluat magis quā dolor prout Galeno asserente. libro. 5. de curandi methodo. & 3. esulodes. & assignat duas causas: propter quas ad locum doloris fluunt humores. Quarū prima est: quoniam dolor debilitat membrū: ad membra aut debilia currunt superfluitates a fortioribus. Secunda causa est: quia natura sollicita de conseruatione omnium membrorum: vt succurrat membro dolenti: mittit spiritum & sanguinem ad ipsum.

¶ (Mordicatiua medicina &c.) In hac pte

Auic. diffinit medicinam mordicatiuam littera est clara: idem Auic. 2. canonis huic diffinitioni adiunxit nonnullas particulas: dicit em̄. Mordicatiua medicina est in qua est qualitas penetratiua / valde subtilis / facies prouenire / Incontinuitate separationē plurimi numeri / inordinati situs / parue quantitatis: quare vnaqueque earū non sentitur singulariter: sed sentitur totum quia si dolor vnus: vt emplastrum sinapis cum aceto / & acetum ipsum: hęc Auic. Omnis aut medicina mordicatiua est incisiua: & sua nimia acuitate mordicat: non tamē omnis incisiua est mordicatiua.

¶ (Rubificatiua medicina est &c.) Hic Auic. diffinit medicinam rubificatiuā: & littera est clara. tales sunt vt sinapis / napellus / calamentum / pix / ruta siluestris / & similes.

¶ Diffinit vlceratiuam medicinam: ipsa autē est intensioris caliditatis: & magis cōsumptiuā quā rubificatiua: vt anacardus / cantarides / argentum viuum / sublimatum &c.

¶ (Pruritiua medicina est.) Diffinit pruritiuam: hęc aut non est ita vehementis acuitatis: vt vlceratiua: nam non sufficit consumere humiditatem continuantem partes.

¶ (Adustiua medicina &c.) Medicinæ aduistiuæ plerūque sunt grossę substantiæ: & igneę naturæ: & multam facientes moram supra locum: & ideo consumunt humiditates & attritas: & membrorum quibus ouiant: vt calx vitina / calcantū / vitreolum / arsenicum / cinis foliorum ficis / sappo. &c.

¶ (Corrosiua medicina.) Corrosiua sunt substantiæ subtilioris / quā adustiua / vt flos eris / arsenicum sublimatum / sal gemma / elleborus. Ideo non morantur in vno loco / sed penetrant / & cōsumunt non solum subtiles partes: sed etiā grossas.

¶ (Putrefactiua medicina est.) Diffinit hic Auic. putrefactiuā: diffinitio est clara. Vbi aduerte. quod omnis medicina putrefactiua est venenosa: & sua mala & venenosa qualitate cōtrahitur spiritui: & calori naturali mēbri: cui obuiat / calore aut naturali membri destructo calor In naturalis assumit humiditates membri: quare mēbrum putrefit. putrefactio enim seu putredo est eius quę in vno quoque humido proprię sibi naturam caliditatis corruptio ab aliena caliditate vt placet Aristoteli. 4. meteororum. Putrefactiua sunt vt realgar / arsenicum / argentum viuum / sublimatum: aqua for-

tis, ex sale armoniaco, auro pigmento, & cuperose, & viride ere, distillata, & similes: hæc autem etiam corrodunt.

¶ (Cauterizatiua medicina est &c.) In hac parte Auic. diffinit medicinam cauterizatiuam: ipsa autem differt ab adustiua, adustiua enim se habet ut genus, cauterizatiua ut species. Idem enim est cauterizatiua quod cutis adustiua siue partis cuiusvis extrinsecæ, ut cantarides, mel anacardiū, flamula, calx vina, & ferme omnia corrosiua in pauca quantitate applicata cauterizant. Vbi aduerte easdem medicinas varijs fungi proprietatibus, scilicet ulcerandi, corroden- di, adurendi, putrefaciendi &c. pro varia sui quantitate, & vario modo substantiæ membri: cui apponuntur.

¶ (Maturatiua medicina &c.) Hic Auic. diffinit maturatiuam medicinam dicens: quod medicina maturatiua est: quæ rectificat substantiam humoris subtiliando, si sit grossus, aut ingrossando, si sit subtilis: ut humor sit habilis expulsi- oni. Et hoc facit aut sua substantia, aut sua qualitate, sua substantia, si sit subtilis subtiliando: si sit grossa in grossando, sua qualitate: nam medicina calida est: subtiliatiua rarefaciēdo: medicina vero frigida ingrossat dempsando. Et inquit Auicē. quod medicina calida maturat per se, frigida vero per accidens. Vbi aduerte sententiam Auic. fuisse: in omnibus suis scriptis vulgata, frigiditatem: nullatenus introgredi per se in operationes naturæ: sed solum modo per accidens. Quare prima primi doctrina sexta agens de virtutibus naturalibus ministrantibus inquit, Sed caliditatis seruitiū omnibus quattuor virtutibus pro certo est conueniens. Frigiditas vero cum alicui earum seruit: accidentaliter & non essentialiter. An id autem sit verum, infra videbitur.

¶ Pro pleniori litteræ intellectu est aduertendum: quod digestio apud Neotericos est nomen commune ad murationem & digestionem propriam distam. Maturatio autem, quæ aliter consueuit appellari digestio in nocituo est preparatio humoris nocui ad expulsionem. De qua Auic. Fen. prima quarti. Et digestio quidem ingrossa est equatio eius cum subtiliatiōe. In subtili est equatio cum ingrossatione. Digestio in iuuatiuo est preparatio materiæ ad conuersionem in substantiam corporis: de qua hic statim Auic. disserit.

¶ Secundo aduertendum, quod impedimenta quæ se tenent ex parte materiæ contentæ in corpo-

re: propter quod nequit nec a natura, nec per artem expelliunt plura. Primum est grossities. Secundum subtilitas. Tertium viscositas. Quartum multa liquiditas. Quintum mala qualitas venenosa, propter quam natura non audet aggredi materiam & expellere. Et ideo medicinæ maturatiuæ sunt: quæ subtiliant, aut ingrossant, aut incidunt, aut quæ coagulant, seu inspissant, aut quæ malam corrigunt qualitatem, aut sua substantia, aut sua complexione, aut sua proprietate id efficientes.

¶ (Digestiua vero &c.) Diffinit Auic. medicinam propriam distam distinctam conuersionem, & littera est clara. Medicinæ digestiuæ sunt variæ in substantia etiam variæ in complexione. Nam ipsæ sunt, quæ confortant membra nutritionis: ut stomachus, & epar: etiam quæ confortant alia membra, ut possint nutrimentum eis missum in propriam substantiam conuertere. Aut calefaciēdo, aut in frigidando, aut humectando, aut exsiccando, aut complexi hæc efficiendo, aut dempsando, aut rarefaciēdo, pro quibus cui vis membro opus est. Et aduerte quod littera illa quæ transmutat cibum &c. Est sane intelligenda. Nam nulla medicina transmutat cibum in humores: neque humores in substantiam membrorum. Sed ipsa natura est: quæ transmutat. Sed medicina adiuuat naturam instrumentaliter confortando membra.

¶ (Inflatiua vero medicina.) Hic Auic. diffinit medicinam inflatiuam dicens: quod ipsa est: in qua dominatur grossa humiditas extranea. In quam cum agit calor naturalis: generatur ventositas: quæ remanet indissoluta. Et assignat duo genera medicinarum inflatiuarum. Quædam enim sunt: quæ generant ventositates in stomacho: & sunt in quibus humiditas grossa est male commixta alijs partibus: quare in prima digestionem dissoluitur: ut faveoli: fabæ: & cetera legumina. Aliæ sunt quæ generant distas ventositates in venis: & sunt: in quibus dista humiditas est fortiter commixta difficili separationis: quare non separatur ab alijs partibus nisi in secunda aut tertia digestionem facta multa partium separationem: ut zinciber eruca: radix: hirsingi: pineæ & similes. Et huiusmodi medicinæ sunt medicinæ incitantes ad libidinem: quoniam faciunt tensionem: & mouent ad expulsionem superfluitatis nutrimenti in quanto: ipsi commiscendo ventositates.

¶ (Frangitiua ventositatis medicina &c.)

Hic Auic. diffinit medicinam frangitiuam v̄e
tositatam dicens: q̄ est complens defectum
caliditatis debilis: (quæ nequit dissoluere hu
miditatem grossam ventosam in quam agit.)
sua acuta & ignea caliditate. Et hæc est du
plex: quædam, quæ frangit ventositates in sto
macho: vt anetum, anilum, ciminum, & eius
modi. Alia quæ frangit ventositates in venis
vt semen rutæ, semen agnicasti, garofilli, cu
bebe. Hæc autem sunt illis acutiora & magis
ignea. Medicinæ autem frangentes ventosis
tates in venis nocēt libidini: fugando dictas
ventositates necessarias ad tentionem: & adu
rendo humiditatem spermaticam.

¶ (Inuiscatiua vero medicina est & c.) Hic
Auicenna diffinit medicinam lenitiuam: quā
ipse appellat inuiscatiua & applanatiuā se
cundo canonis dicens: q̄ ipsa est: quæ sui vis
cositate extenditur supra superficiem mem
bri diuersarum partium insitu. i. asperi: qualis
est superficies stomachi: & intestinorum inte
rior: & matricis: & canuæ pulmonis: & cau
sat in tali superficie membrorum aliam super
ficiem extraneam lenem: vt cassia, fistula, mā
na, decoctio maluarum: Iubleb violarum: &
similes. Lenitiua vero medicina differt a lubri
ficatiua quam hic statim diffinet Auic. Nam
lenitiua agit in vias eas cooperiando lent su
perficie. Lubrificatiua in materiam contentā
in v̄is, eam humectando. Hoc autem discris
men innuit Auic. tertio canonis. Pen. prima
tractatu secūdo capite v̄ndecimo: vbi inquit:
cum q̄ illic aliquid materiei colorice sentitur:
nō est malum ipsam euacuare cum eo: quod
naturam leniat & lubrificet materiā: vbi per
naturam intelligit ventris superficiem intrin
secam.

¶ (Lubrificatiua autem medicina est & c.)
Hic Auicenna diffinit medicinam lubricati
uam dicens: q̄ ea est, quæ humectat corpus
id est materiam retentam in meatu: quæ hū
mectata, sua grauitate descendit ad inferiora: &
meatus liberatur ab ea. Ita q̄ medicina est so
lum per accidens mouens scilicet quia efficit
materiam lubricam: quæ sua lubricitate non
potest parietibus meatus adherere: & sunt vt
priuna, muscilago prosili, muscilago sebestē:
& similes.

¶ (Compressiua vero medicina est sicca.)
Hic Auicenna diffinit medicinam compres
siuam: & est, quæ sua siccitate causat coadu

nationem partium membri inter se: ex qua co
adunatione meat⁹ obturantur, & subtiles ma
teriæ intra ipsos contente: violenter exprin
tur vt nux cupressi: squinantum, biazā, bizā
tia, alumen. Rosa plantago, solatrum, & c. in
optica: & differt compressiua a repercussiuā vt
superius ab inferiori.

¶ (Oppilatiua medicina est illa & c.) Diffinit
Auicenna medicinam oppilatiuam: & est quæ
ingrediens corporis meat⁹ retinetur sua gros
sitate in ipsis: quare resistit v̄tuti motoris. i. vir
tuti naturali mouētī nutrimentum & spiritū
permeatus: remanet apud quamlibet constru
ctiuā. i. remanet in quouis meatu siue via stric
ta. Omnes autem medicinæ grossæ substan
tiæ viscosæ & stipticæ sunt oppilatiuæ: vt lutū
comestibile & terra sigillata & similes Lutum
comestibile est species quedam luti: de qua
Auic. secundo canonis cap. facit expressum.

¶ (Repercussiuā vero medicina est frigida.)
Diffinit repercussiuam medicinam: & littera
est clara: repercussiuā medicina est contraria
attractiuæ. Nam sua frigiditate prohibet attra
ctionem ad membrum extinguendo calorem
eius: vt solatrum, plantago. Et omnis medici
na repellens materiam a membro dici potest
repercussiuā: quare compressiuā omnes dici
possunt repercussiuæ siue sint calidæ siue frigi
dæ: nam repellunt comprimendo. ¶ Hic
Auic. frigidam tantum medicinam repellē
tem appellet repercussiuam.

¶ (Stupefactiua est medicina frigida: & c.)
Hic Auicenna diffinit medicinam stupefacti
uam dicens: q̄ est medicina frigida auferens
sensus membri: propterea q̄ in tantum in fri
gidat membrum: q̄ & spiritus in membro cō
tentus: qui est vehiculum sensus & motus,
& etiam membrum permutantur a complex
ione propria, qua mediante sensus & mot⁹
permanebant in membro. Et aliquando aufer
erant medicinæ stupefactiuæ non solum sen
sum sed etiam motum: quando in tantum in
frigidant: q̄ omnino prohibēt transitum spi
ritus motiui: aut ipsum ineptum reddunt ad
motus operationes.

¶ (Cōfortatiua medicina.) Diffinit medicinā
cōfortatiuā & l̄ra est clara. Medicinæ cōfortā
tes sua pprietate sunt: vt Iacini⁹, qui cōfortat
cor ab oculta pprietate: & corall⁹ stomachū
& peonia cerebrū: q̄ confortāt sua cōplexiōe
innumere sunt. Inter quas quedā sunt q̄ cō
K

Tractatus

fortant propter temperiem sue complexiōis
vtrāq; discrasia corrigēdo. s. tā calidā q̄ frigi
dā vt oleū rosatus: quod infrigidat calefactū
& calefacit infrigidatum.

¶ (Incrudatiua medicina est &c.) Hic Auic.
diffinit medicinam incrudatiuam: quæ est cō
traria digestiue: pro vt sub se comprehendit
maturatiuam & digestiuam proprie dictas: &
est quæ prohibet sua frigiditate maturationē
& digestionem: vt aqua frigida: & quæcūq;
alia infrigidantia & debilitantia naturale ca
lorem & cōsumātia spiritū: aut ipsum ineptū
operationibus naturalibus efficientia.

¶ (Medicina autem quæ proprie appellatur
venenum.) Hic Auic. diffinit venenum: vbi
aduerte: q̄ vt sentit princeps Auic. secūda pri
mi. Omne id quod corpori aduenit: aut mu
tatur a corpore: & non mutat ipsum: aut mu
tatur a corpore & mutat ipsum: aut non mu
tatur a corpore & mutat ipsum. Hæc distina
ctio sumpta est ex Galeno tertio de tempera
mētis capitulo quarto. Primum scilicet quod
mutatur & non mutat: aut est cibus: aut me
dicina temperata. Secundum vero scilicet q̄
mutat: & mutatur. Aut est medicinale nutri
mentum: Aut medicina absolute: aut medici
na venenosa. Tertium vero quod mutat cor
pus: & non mutatur ab eo est venenum abso
lute. Differt autem venenum a medicina vene
nosa: quoniam venenum absolute operatur
a sua substantia siue proprietate: & ideo non
indiget reductione de potentia ad actum. me
dicina vero venenosa operatur a complexio
ne: ideo indiget reductione: & non agit: quia
prius transmutetur a corpore. Venena abso
lute sunt: vt napellus: Viperarū venenum &c.
Medicinæ venenosæ: vt cucumer agrestis: &
succus eius: agaricus niger, mezereō &c. Et
tam venena absolute: q̄ medicinæ venenosæ
corrumpunt complexionem spiritus & con
trariantur substantiæ ipsius spiritus. licet diffi
nitio p̄prius sit de veneno intelligenda: quo
niam venenum a tota specie cōtrariatur sub
stantiæ siue speciei spiritus.

¶ (Medicina autem Tyriacalis & liberās.)
Hic Auic. diffinit Medicinam Tyriacalem si
ue liberātem a veneno dicens: q̄ ipsa est: quæ
reducit complexionem spiritus ab in natura
li impressa a veneno ad naturalem: aut prefer
uat complexionem spiritus ab impressione ve
neni: & facit hoc sua proprietate: vt Tyriaca:

Secundus.

Smaragdus, diptamus tormētilla, & similes.
Vbi aduerte duplicem esse medicinam liberā
tē a veneno quædam quæ id efficit a propieta
te, quædam a complexione primæ sunt dupli
ces quædam quæ dotatæ sunt vniuersali pro
prietate contra omne venenū vt Tyriaca la
pis bezear: quædam vero particulari p̄prietate
te dotatæ, vt cristallus: qui liberat a veneno ar
senici: & costus a veneno argenti viui &c.

¶ (Medicina autem prouocatiua vrinæ &c.)
In precedentibus Auicenna notificauit vir
tutes medicinarum: quæ accipiuntur ab actio
nibus absolutis: eas diffiniendo.

¶ In hac parte excusat se a notificatione vir
tutum: quæ accipiuntur ab operationibus re
latis ad partes corporis speciales: dicens: q̄ il
le non indigent notificatione: cum per se sint
notæ. Verūtamen nonnullæ earum virtutum
indigent notificatione: vt cicatrizatiua, mū
dicatiua vlcera: generatiua carnis: & simi
les: quarum notificationes vide apud Auicē.
secundo canonis.

¶ Verum: duo relictæ sunt dubia Circa litte
ram Primum: Vtrum medicina potentia talis
reducatur in actum per solam diuisionem ad
minima. Secundū: vtrum frigiditas ingredia
tur per se ad naturæ operationes.

¶ Pro primi exolutione sine argumentorum
murmure Videndum est primo quid senserit
antiqui. Secundo quid sentiendum sit.

¶ Propter Primum est sciendum: q̄ Galenus
tertio complexionū: & tertio de simplicis me
dicina sensit: tam calidam q̄ frigidam medici
nam reduci de potentia in actum per diuissio
nem eius factam in corpore ad minimas par
tes: & q̄ motū ab extrinseco. s. a calore nostri
corporis acquirūt. Et conat id psuadere. Eo
q̄ calor imprimit melius in res diuisas & minu
tas: vt apparet in lignis minutatis in igne po
sitis: in quibus ignis melius inualefcit: q̄ ingros
sis. Verūtamen hæc positio non sufficiens
ter exprimit causam: quare medicina reduci
tur de potentia in actum.

¶ Primo quia diuissio ad minima nō est actua
lis caliditatis aut frigiditatis p̄ductiua. Nam
non videtur quo pacto sit productiua.

¶ Secundo quia diuissio respicit quantitatem
sublata enim quantitate substantia in diuisibi
lis permanet: Physicorum primo: quantitati
autem neq; actione q; passio tribuuntur pro
pter contrarietatis absentia: vt sensit Philoso.

3. metaphisices & primo de gñatione & corruptione: igitur diuisio ad minimam: cum respiciat quantitatem: non est reductiua medicinae de potentia in actum. Tertio: minimum neq; est actiuum neq; passiuum: cum forma requirat determinatam quantitatem ad actionem: igitur per reductionem ad minima medicina non efficitur actu operatiua. His rationibus constat diuisionem ad minima non esse sufficientem causam reductiōis medicinae de potentia in actū. Preterea in medicina extrinsecus applicatis q̄ actu operatiue efficiuntur nulla sit talis diuisio. Quare diuisio talis ad minima erit solum cōcausa in his q̄ intrinsecus sumuntur: res enim reducibiles de potentia in actum facilius reducuntur intrinsecus assumptae diuisae a calore nostri corporis in minimas partes: vt testatur Galen⁹: verū alia est actualis actionis causa a tali diuisione.

¶ Auerrois autem. s. colliget reffert. Medicina nā tam calidam q̄ frigidam reduci de potentia in actum actuali calore in eis pducto a calore nostri corporis. Verū tamen inquit: q̄ calida qualefacit: qm̄ calor in ea productus est maior: q̄ sit calor nri corporis: frigida vero infrigidat: q̄ calor in ea pductus minor: ē q̄ sit calor nostri corporis. cui⁹ verborū hæc est series. Quomodo calefacit medicina: refrigerat humectat & exiccat quia medicina q̄ conuertitur: i chilū calidiorē tēperato chilo: aut in calidiorē q̄ est ps corporis: hoc est ad partem calidā, illā medicinā dicim⁹ calidā. Et subdit. Et sic dicit de medicina frigida: q̄ nō refrigerat: nisi q̄a cōuertit in locis digestiōis ad diminutū calorem: magis q̄ calor corporis sit, ita q̄ chilus qui ex ea gñatur est diminut⁹ a calore corporis. Qd̄ periuadet dicēs. Et nō dicit veraciter: vt refrigeret, quia calor nālis nō hz aliquā viā gñandi frigiditatem. Hęc Auer. Hęc tñ positio ostēdit aliena a rōne. Primo: quia si positio esset vera se q̄ref: q̄ solūmodo medicine perueniētes in stomachū & illic digestæ essent reducibiles de potentia in actū: sed cōsequēs est falsum: cū multæ etiā nō digestæ actu opent, igit id ex quo sequit. Secūdo medicina q̄ cōuertit in chilū nō agit a qualitate: sed pot⁹ a materia, igit & c. Tertio. Si vnū cōtrariū est in nā: & reliquū. 2. coeli & mūdi: igit si est vere calidū in medicina est etiā vere frigidū: sed positio nullum ponit vere infrigidans in medicina: igitur ipsa est falsa. Quarto in

numere sunt medicis, q̄ sensibilibiter ledūt operationes, aut destruūt infrigidando: igitur ipsi sunt veraciter infrigidantes: patet consequētia nam operatio facit scire formam. Quinto quia si medicina frigida reduceretur de potentia in actū propter caliditatem in ea productam sequeretur q̄ minus frigida citius reduceret: q̄ magis frigida: quia minore habet cōtrarietatem ad calidum: q̄ frigidior. Sed cōsequēs est falsus, vt patet experientia. frigidiores em̄ medicinae vt sempiterna: vermicularis: solariū citius infrigidant minus frigidis. Sexto persuasio Auerrois. s. q̄ nulla sit via: qua calor producat frigiditatem: est nullius efficacitæ: nā licet calor non sit per se productiuus frigiditatis: tū bene per accidēs, sicut aqua frigida potest per accidēs calefacere: & morbos curare frigidos: vt apparet. s. aphorismorū aphorismo illo: est autem vbi intetano sine vulnere & c. Refrigerat em̄ sepe calor, aut materiam calidam consumendo, aut poros aperiendo, aut per antiparistasim: vt infra declarabitur. ¶ Propter scdm̄ est sciēdū: q̄ Medicinae tā calide q̄ frigide deducūt de potentia in actum ab actuali calore nri corporis. Tñ diuersimode calidæ em̄ p se. s. calore in eis pducto actuali. Frigide vō p accidēs: calidū em̄ in medicinas frigidas agēs excitat suū contrarium, s. frigiditatem. Nam cum potentia medicinae frigidarum sit propinqua: non multum distans ab actu: a suo cōtrario i actū deducit: actiuis ei & passiuis approximatis necessario sequit actio & passio. Mod⁹ aut hīc pductiōis medicine frigide de potentia in actū ostēdit pot ex multis tā calidis, q̄ frigidis potentia: q̄ a suis cōtrariis deducūt in actū. In calce em̄ via calidū virtuale deuenit in actū calefaciendi a suo contrario excitatū: nā si calx irroret aqua frigida: calidū obsessus a frigiditate, & cōtrariū tadē vigoratur: & supat frigiditatem aquæ actualē. Eodem quoq; modo aqua transiens per mineras sulphureas: excitata ipsarū caliditate ipsa redditur calida. Et eodem modo cōfectio ex sulphure & aspalto exposita pluuię inflāmatur. Non secus etiam cibus actu frigid⁹ adueniens membri ethici, excitat nouum calorem. Frigida etiam potentia eodem modo a calidis in actū deducuntur: vt marmor solis expositum coopertum pannis redditur frigid⁹: grando etiā generatur in media regione aeris calore in fine regionis, excitante suam

Tractatus

contrarium flegma quoque vitreum eodem modo generatur in intestinis, calore clisteriorum frigiditatem excitante. Hoc itaque modo medicina frigida potentia deducitur in actum, calido naturali excitante suum contrarium, scilicet frigiditatem. & sic patet. Responsio ad primum dubium. Pro secundi dubii dissolutione sunt etiam videnda duo. Primo quid sentiant alij. Secundo, quid nobis sit sentiendum. Propter primum est sciendum. Quod Haly & Auic. tenuere frigiditatem nullatenus ingredi naturae operationes: per se: ponunt enim omnium virtutum operationes motu perfici: frigiditas autem motum tollit. Nam ipsa ut ait Auic. prima primi doctrina sexta est paraliticum faciens, & mortificans, & ab omnibus prohibens operationibus. Si ingrediatur autem operationes naturae: id est per accidens: quare idem Auic. loco allegato. Ad retentionem tamen faciendam accidentaliter confert: quoniam villos sicut bonae comprehensionis figuram tenet. Et expulsiua quidem a frigiditate iuuatur: propterea quod vetositatis prohibet fieri dissolutionem: quae ad expellendum iuuat. Verumtamen huius positionis motuum est inefficax, scilicet quod ideo frigiditas non ingreditur operationes naturae per se: quia ipsae perficiuntur motu. Quod sit inefficax persuadetur. Primo motus perficitur a frigiditate quemadmodum a caliditate igitur & c: antecedens probatur: quia frigiditatis est contrahere: in contractione autem partes mouentur a circumferentia in incentrum: igitur frigiditas perficit motum per se.

Secundo Gale. j. de virtutibus naturalibus capite. 2. Inquit. Vena & singulum aliorum organorum operatur propter operatiua complexione: quae ex quattuor qualitatibus: igitur frigiditati competit motus. eodem etiam loco ait: non solum ea: quae sicut locum alterant moueri a motu sed & quod calidius ex frigido est factum: & quod frigidum ex calido: moueri & hoc dicimus. Tertio Auic. loco allegato censet virtutem retentiuam uti motu. Ait enim retentiuam operatur mouendo villos transversos sicut figuram comprehensionis bene factam: sed talis operatio retentiuam perficitur a frigiditate: igitur frigiditati competit motus.

Pro secundi expeditione est sciendum quod Arist. Ga. Omnesque alij tam Philosophi quam Medici videtur asserere frigiditatem per se ingredi naturalis virtutis operationes. Aristoteles enim se-

Secundus.

cundo libro de partibus animalium capite secundo. Inquit: sunt enim haec principia elementorum naturalium. Calidum dico, frigidum, siccum, humidum. ubi per elementa naturalia intelligit humores ac membra nostri corporis. Et eodem capite: postquam posuit calidi accedentes. Inquit. Quod si calidum multiplici ratione dicitur frigidum quoque pari ratione sequatur necesse est. Secundo etiam de generatione animalium capite. 4. Inquit. Ex alimentorum vegetalis efficit incrementum utendo caliditate & frigiditate quasi instrumentis: motus enim in his consistit. Galenus quoque primo de virtutibus naturalibus capite. 3. reducit omnia operatiua ad quattuor primas qualitates conformiter ad sententiam Arist. & Hippocratis. Idem etiam secundo de virtutibus naturalibus capite. 4. Inquit. Si enim adhereret quis Arist. vel Theophrasticis dogmatibus, philosophiaeque Hippocratis estimaret ea monumeta esse, & in compositionem: hoc calidum & frigidum, & siccum, & humidum, in se inuicem efficietia & patientia: Haec Gale. ubi etiam aperte ostendit tam nutritionem quam mixtionem & omnes naturae operationes per dictas qualitates fieri. Haec autem positio rationibus etiam persuadet. Prima. Quelibet res sicut se habet ad esse etiam se habet ad operari. Nam ut refert Arist. 2. Metaphisices. Similis dispositio rei in entitate veritate & operatiua. Sed frigiditas cum alijs qualitatibus essentialiter & per se faciunt ad esse mixti: igitur etiam essentialiter & per se faciunt ad operari. Secundo omnes mixti operatiuae manifeste sunt essentialiter & per se mediare complexione: scilicet complexio constat ex frigiditate sicut ex alijs qualitatibus: igitur frigiditas essentialiter & per se ingredi operatiuae mixti. 3. nisi frigiditas per se ingredi operatiuae naturae. Intentia caliditas compositum destrueret indiguit ergo frigiditate comperate. Quarta sanitas & egritudinum cura consurgit per se ex operatiuae naturae: scilicet ad sanitatem conseruandam & egritudines curandas sepe nauit frigiditate: igitur signum est: quod ipsa frigiditas ingredi per se operatiuae naturae. Plures possent afferri rationes scilicet haec sufficient. ex his constat: quod frigiditas per se ingredi operatiuae naturae. si pleniore cupis videre praetatiuae. vide conciliatore differentia. 61. aquo, & haec & plures alias ambiguitates mutauit: nonnullis subtractis: nonnullis vero adiectis: velut res ipsa postulasse visa mihi fuit.

Capitulum

Ita vt quæ apud illū obscuriora: hic clariora cōspiciantur. Ne minimum etiā verbū ex textu Auic. quempiā in intellectu subterfugiat.

¶ Capitulum Secundum. In quo ostēdit quæ sunt virtutes medicinarū q̄ ad cōfortationē cordis & letificationē conferre possunt.

TEXTVS.



Vpra nominatarū medicinarū quædam medicinas cordis ingrediuntur: quædam vero non. Faciemus autē nūc de ingrediētibus mentionem. Medicinæ laxatiuæ profunt ad cōfortationem cordis dupliciter. Vno quidem modo intenditur iuuamētum eis prouocari iam dictum per euacuationem nocui humoris a toto corpore, aut a partibus epatis & cerebri: sicut fit cum decoctione epistimi, aut cum medicina cū epistimo confecta. Secundo vero modo quando intenditur cum medicina laxatiua nō predicta euacuatio: sed mundificatio t̄m sanguinis: qui p̄prie est in corde: ad hoc q̄ spiritus mund⁹ generetur in eo. Sicut q̄n ponitur in medicinis cordis lapis lazuli, aut armen⁹: ex quib⁹ medicinis cū peruenerit earum virt⁹ ad cor: adispiscitur virtutem expulsiuam melancolici humoris a sanguine: tendēte ad ipsum: & melancolici vaporis a sanguine ḡnati in ipso: quod etiā iuuamentū p̄cedit ex corde ad cerebrū. Nocet verū t̄m medicina laxatiua cordis: quoniam oīs euacuatio naturam duobus modis cōp̄mit. Primo quidē: q̄ cum eo qd̄ nocuum est: euacuatur aliquid de cōuenienti naturæ. Secundo vero quoniam affert supra naturā: quod trahit a mēbris vñ grauantur. Natura enim trahit hūores ad sedē ipsorū: & ibidem quiescere facit eos: medicina vero laxatiua huic contrarium efficit. Accidit ergo ex hoc naturæ debilitas & pigrities: quāobriē nō p̄ualet ei: Tyriacalis autē medicina sistit vomitū atq̄ fluxum confortando naturā: & repugnando illi: prout habet substantiā venenosam: & cū sua venenositate euacuat. Et idcirco fere bñ dixisse sapiens Hippocrates Qd̄ medicina laxatiua mūdificat atq̄ ledit. Rursus autē iuuamētum

Secundum: fol. lviij.

mentum laxationis malus quidem est in tristitia: propter mundificationē spiritus: q̄ in cordis debilitate. Laxatio namq̄ diminuit materiam: in alio naturam spiritus: & debilitat cordis complexionem.

¶ Medicinæ vero prouocantes vrinam & sudorem sunt vtilis in debilitate cordis: q̄ causatur ex subtilitate sanguinis & eius aquositate. Noctūq̄ autem in tristitia: quæ causatur ex turbido ac melancolico sanguine: quoniam auget sanguinis siccitatē & grossitiē, & turbulentiam melancolicā. Euacuatio vero sanguinis nocet debilitati cordis: quæ causatur ex frigiditate sanguinis & paucitate. Prodest autem debilitati: quæ causatur ex suffocatione caloris naturalis: & superfluo sanguine: sicut in cardiaca sanguinea: & hæc est sinocha inflatiua sanguinea.

¶ Medicina subtilatiua medicinis cordialib⁹ associatur q̄n tristitia causatur ex turbiditate sanguinis, aut indebilitate cordis: q̄ ex grossitate sanguinis & eius frigiditate causatur: vñ generatio multi & temperati spirit⁹ prohibetur. Eodem vero modo similiter abstersiua & apertiuā illis adiungit: vt cū sui aperiendi potentia penetrare faciat medicinas cordis: quæ sunt sicut carabe: & terra sigillata.

¶ Inflatiua medicina valde nocua est tristibus & corde debilib⁹: quoniam replet substantiam spūs vaporib⁹ incongruis & in trāsmutabilibus: habentibus se ad ipsos: sicut se hñt superfluitates ad membra: obtenebrant ergo spiritus atq̄ grauitāt: & ad suas operationes debiles eos reddūt: propter quod debilitationem cordis atq̄ tristitiam simul causant.

¶ Constrictiua medicina & inuiscatiua: medicinas cordis ingrediuntur, vt substantiæ spiritus soliditatem & continuitatem laudabilem tribuant: ne velociter dissoluatur quolibet leui motu: verumtamen ipsarum vtilitas in debilitate cordis ē maior: q̄ in tristitia: quoniam ex subtilitate spiritus & sanguinis cordis debilitas ampli⁹ accidit. Tristitia vero potius ex grossitate sanguinis & turbulentia ei⁹.

¶ Repercussiuā vero medicina tunc medicinas cordis ingreditur: quando propter debilitatem eius causatam a mala complexione calida patitur nocumenta.

¶ Stupefactiua medicina ponitur in medicinis cordis: vt virtutes ipsarū a corruptione custodiat: i vīa vsq̄ ad cor: & i corde post modum

tempore sufficienti: similiter ad faciendū ipres-
sionē sicut opū in cōfectionibus cordialib⁹.

¶ Medicina autem confortantes tyriacita-
te sua: oēs inq̄ medicinas cordis ingrediunt:
quoniam humanæ naturæ eius pprietate cō-
ueniunt. Cuius inq̄ naturæ principium cor
existit. Et quoniam etiam cor confortant: vt
avenenis non patiat. Quales sunt doron-
cū, & Muscus. Et omnes quidem medicinz
letificātes cor, & confortantes ipsum sunt ty-
riacales. Non tñ omnes tyriacales sunt letifi-
cātes: propterea quia quædam ipsarum sunt
valde calidæ: vt castoreū: quædam valde fri-
gidæ: vt lactuca, & portulaca. Et sunt quædam
tyriacales illis qualitatibus indigentes diuer-
sis ex causis. Venenū em̄: cui repugnant: con-
trariatur cum sui substantia: & forte cum qua-
litate p̄dicte qualitati cōtraria. Aut solum cō-
trariatur cum qualitate qualitati p̄dicte cō-
traria. Aut forte necessarium est: vt medicina
veneno repugnās siue calido, siue frigido sit
vehemētis caliditatis. Multis ex causis. Qua-
rum vna est: vt sit spiritus fortis motus. Secū-
da quidem est: vt sit vehementis extensionis:
ad hoc vt potentia mortificandi & tyriacali:
quam habet longe possit obulare veneno im-
pugnando, & expellēdo ipsum, anteq̄ cor at-
tinguat. Tertia vero vt sit fortis ad corrūpen-
dum & comburendum venenum in modico
tempore. In quo quidem cum hoc quod di-
ctum est: insuper conseruatur spiritus in suo
saluo esse tyriacali proprietate.

¶ Vomitiua vero medicina p̄dest cordi: qm̄
alleuiat anhelitū: vt inde cor melius euēterur
¶ Dissolutiua medicina debilitati cordis &
tristitiæ valde nocet: nisi ex grossitie spirit⁹ &
frigiditate causetur: & in corde sint inflatiui
humores. Nocet autem debilitati cordis pro-
pterea: quia dissoluit spiritum exiguum & sub-
tilem. Quod enim dissoluitur: quæcumq̄ sit
substantia eius, ex genere est vaporis, & ven-
ti. Tristibus autem nocet: quoniam tristitia si
causatur ex paucitate spiritus, dissoluēdo ad-
dit in paucitatem: aut subtilem spiritum efficit
turbulentum: & remanenti spissitudinem au-
get. Quod si necessitas cogeret vt ea: expe-
dit ei cōmisceri confortatiuas medicinas, &
congregantes, aut continuitatem seruantes:
dum tamen sint ex eis quæ conueniunt cor-
di. Sicut Mirtus & Kebull.

¶ Commentaria,



Osc̄ in superiori capite
Aui. notificauit virtuo-
tes medicinarū. In hoc
capite ostendit: quæ sint
virtutes ex earuz nume-
ro, quæ faciunt ad con-
fortationē cordis & ad
letificationem. Etia ostē-

dit nonnullas ex dictis virtutibus quæ affe-
runt nocumentum cordi: & totum caput di-
uidit in partes decē. Nā de decē solūmō ex p̄-
dictis virtutibus facit sermonē. s. de laxatiua:
de prouocatiua vrinæ de subtiliatiua, de infla-
tiua, Constrictiua, Repercussiuua, Stupefacti-
ua, Tyriacali, Vomitiua, & Resolutiua. ptes
patebunt. Primo itaq̄ agit de Virtute laxati-
ua: commemorans primo modos quibus fa-
ciat ad confortationem cordis. Deinde ostē-
dit nocumenta prouenientia ex medicina la-
xatiua. tertio ostendit quibus cordis disposi-
tionibus affertur suuamentum & quib⁹ no-
cumētū ex medicina laxatiua. Inq̄ igit q̄ me-
dicinæ laxatiuæ profunt ad confortationem
cordis duobus modis. Primo quia per ipsas
fit euacatio humoris nocui melancholici, aut
a toto corpore, aut ab epate, aut a cerebro: ve-
lut dictum est capite nono primi tractat⁹: vbi
cōmemorati sunt modi letificandi reperti in
medicinis. Inter quos vn⁹ fuit per sequestra-
tionem melancholici turbidi hūoris huiusmo-
di euacuationē faciunt medicinz humoris me-
lancholico a proprietate: vt epittimus, ellebo-
rus niger, polipodium quercinū, lapis lazuli
& armenus, & buglosa, aut medicinz conse-
ctæ quas ingrediuntur dictæ medicinz. Secū-
do modo profunt medicinz laxatiuæ ad con-
fortationem cordis: quando per ipsas inten-
dimus solū modo mundificare sanguinē cō-
tentum in corde a malis humoribus melāco-
licis: aut malis vaporibus: vt spiritus mund⁹,
& lucidus generetur: & hac intentione con-
sueuerunt medici ponere lapidem lazuli, aut
atmenū in medicis compositis cordialib⁹: vt
cum peruenerint ad cor mundificent sangui-
nē ab humoribus & vaporibus melancholicis
quod quidem suuamentum peruenit ad cere-
brum: nam ex spiritu vitali generatur anima-
lis: & non modo ad cerebrum sed etiam ad to-
tum corpus. Hac de causa in cōfectione al-
chesmes ponitur lapis lazuli: etiam in confe-
ctione nobili Mesue in appropriatis cordi,

& in multis alijs confectionibus ab antiquis repertis. (Nocet verū in medicina laxatiua.) Secūdo ostendit Auic. modos: quibus medicina laxatiua nocet cordi dicēs: q̄ medicina laxatiua nocet cordi ex eo: q̄ comprimit naturam. i. infert vim naturæ duobus modis. Primo quia cum nocuo semper aliquid educitur de Iuuatiuo. Secūdo qm̄ affert supra naturā. i. preualet supra naturā: eo q̄ natura retinet humores in ipsorum sede. i. in epate & venis: medicina vero laxatiua per cōtrariū trahit ipsos a venis & epate: ex qua quidē repugnātia debilitatur natura & efficit p̄gra. Ita q̄ medicina vincit naturam: hæc aut̄ vis quæ infertur naturæ quodāmodo puenit ex medicinæ mala qualitate ac venenositate: & ideo medicinæ solutiue faciunt per turbationē: & prouocant vomitum. q̄ aut̄ id faciunt sua venenositate ostendit Auic. dicēs: q̄ Tyriacalis medicina sistit vomitum: & fluxum vētris confortando naturam: & repugnando venenositati laxatiue medicinæ q̄ venenositate sua euacuat. Ex quo infert: q̄ optime locutus est Hippocrates cum dixit. Quod medicina laxatiua mundificat atq̄ ledit.

¶ Pro huius litteræ ampliori intellectu est sciendum: q̄ licet medicinæ solutiue sua proprietate trahant humores nihilominus in inferunt vim naturæ. i. virtuti naturali. Primo suā malam qualitatem & venenositatem imprimendo in principalibus membris. Secundo spiritum contumendo, & calorem debilitando: quibus ipsa suas exercet operationes: & presertim inferunt vim virtuti retentiue: hæc autem est etiam sententia mesue in canonibus vniuersalibus capite. 2. vbi inquit: operatio medicinæ solutiue fit per modum violētie. Neq̄ enim educit: nisi quia naturæ vim infert. Auic. etiā 4. primi capite. 9. inquit. In pluribus quoq̄ violentarum medicinarū existit aliqua venenositas: & solutionem ventris efficiūt s̄m modum quo naturæ violentiam inferunt. Nocua autē q̄ efficiunt medicinæ solutiue: expressit mesue in canonibus vniuersalibus: vbi inquit. Cōmunis aut̄ medicinarum s̄m plurimū malitia est: facere senescere corpus: & frequentantibus illas lesionem asserre principalibus membris: quæ sunt minere virtutum: & earū motores debilitate: qui sunt spiritus & calor naturalis. ¶ Secundo aduertendum. Q̄ illa auctoritas Hippocratis Medicina laxatio

ua mūndificat: atq̄ ledit: aliter solet allegari sic medicina solutiua purgat & inueterat. (Rursum autem iuuamētū laxationis.) Tertio ostendit Auic. quibus cordis dispositionibus conueniat magis medicina laxatiua: & quibus discōueniat dicēs: q̄ iuuamentum laxationis matius est in tristitia: q̄ i debilitate cordis siue pusillanimitate presertim cum tristitia prouenit ex turbulentia & obscuritate spiritus causata a vaporibus eleuatis ex humore melancholico. Et reddīt causam dicēs. Laxatio dimminuit materiam. i. melancholicam i tristitia. In alio. i. in pusillanimitate dimminuit spiritus: & debilitat cordis complexionem: vt enim visum est capite septimo primi: pusillanimitas sequitur ex spiritus subtilitate: & frigiditate cum eiusdem paucitate: ex solutione autem amplius subtilatur: & paucificatur: & infrigidatur: debilitata cordis virtute: quare medicinæ laxatiue nocent in cordis debilitate.

¶ (Medicine vero prouocantes vrinas.) In hac parte Auic. docet vtilitatem ac nocuum cordi aduenientia ex medicinis prouocantibus vrinæ: & sudoris dicēs: q̄ ipse sunt vtilles in debilitate cordis proueniente ex sanguinis subtilitate: atq̄ aquositate: nam prouocata vrina aut sudore sanguis reliquitur mūdius a dicta aquositate. Sunt aut̄ inutiles in tristitia causata ex sanguine turbido & melancholico: qm̄ sanguis melancholicus amplius exsiccat & ingrossatur subtilibus & aquosis partibus ab eo sublatis. Deinde incidentaliter Auic. docet: quibus cordis dispositionibus sanguinis euacuatio sit vtilis: ex quibus inutilis dicēs: q̄ euacuatio sanguinis nocet in cordis debilitate causata ex sanguinis frigiditate & paucitate: qm̄ per euacuationem amplius infrigidatur: ad paucificationē eū humidū: caloris sequitur diminutio. Prodest aut̄ in cordis debilitate: q̄ prouenit ex suffocatione caloris naturalis: & in cardiaca sanguinea: quæ est imocha inflatiua sanguinea.

¶ Pro huius litteræ intellectu est primo sciendum: q̄ ex secūda digestionē q̄ fit in Iecore: sequestratur triplex supfluitas. Prima est colerica: cuius pars tendit ad chistum fellis: pars vero tendit per venas cū sanguine p̄ nobiorum colericorū nutrimento. Secunda superfluitas est fecalis & melancholica: cuius pars tendit ad splenē: pars vero tendit cū sanguine p̄ nutrimento melancholicorū membrorum. Ter-

ta superfluitas est aquosa. Cuius pars inutilis fertur per venas emulgentes ad renes, & a renibus in vesicam, ex qua constat vrina. Altera vero pars utilior fertur per venas cum sanguine, ut sanguinem reddat subtiliorem & iuuet ad penetrandum per strictos meatus: & ex ea generatur sudor. Sudor enim est aquositas sanguinis cui pus colericum est admixtum. Verum in est aduertendum: quod etiam ex tertia digestionem, quae fit in venis resultat superfluitas quaedam aquosa: cuius pars redditur ad epar: & ab epare mittitur per venas emulgentes: & hinc ad vesicam, & commiscetur cum aquositate resultante ex secunda digestionem: ex qua fit hypostasis. Altera remanet intra venas & efficit etiam sudorem.

¶ Secundo est sciendum, quod licet omnis cordis mala complexio siue in materialis, siue materialis possit appellari passio cardiaca: verum tamen propria a medicis appellatur passio cardiaca tremor cordis a quacumque causa pueniat.

¶ Tertio aduertendum quod Neotherici medici ponunt discrimen inter sinochum & sinocham: sinochus enim fit ex sanguinis putredine, sinocha vero ex eius multitudine sine vlla putredine, sed solum ex eius super accensione siue inflammatione: quae appellatur inflatiua: quoniam in patientibus eam fit venarum inflatio propter sanguinis exuberantiam. Quaeque Galenus nullum ponat inter ea discrimen quinimo omnem febrem continentem synochum appellat ac etiam causam appellat synochum synochos enim graece est continens siue continuus latine.

¶ Quarto aduertendum quod ut refert Auicenna, vnde decima Fen. 3. Tractatu. 1. capite. 6. quod in cordis plenitudine siue sanguinea siue vaporosa confert plebothomia: verum in sanguinea plenitudine plebothomanda est basilica dextra, in vaporosa vero plenitudine basilica sinistra.

Ratio est in promptu.

¶ (Medicina subtiliatiua &c.) In hac parte ostendit: quibus cordis dispositionibus sit utilis medicina subtiliatiua. Et idem etiam ostendit de medicinis abstersiua, & apertiu. Dicit quod medicina subtiliatiua admiscetur medicinis cordis. In duabus cordis dispositionibus scilicet. In tristitia quae causatur ex turbiditate sanguinis: ut ipsum clarificet subtiliando: & resolueno vaporem malum ipsum conturbantem. Et admiscetur etiam in cordis debilitate: quae fit ex grossitie sanguinis, & eius frigiditate pro-

pter quam non potest generari multus & temperatus spiritus: medicina enim subtiliatiua subtiliat sanguinem: & simul calefacit ipsum. Propter easdem causas medicinis abstersiue & apertiu admiscetur medicinis cordis. Et etiam quia faciunt penetrare medicinas grosse substantiae ad cor, ut carabe, & terram sigillatam, spodium, & similes. Ad quam etiam intentionem est utilis medicina subtiliatiua. Et ideo in confectionibus cordialibus admisceri solet, cinamomum, & crocus, & similes.

¶ (Inflatiua vero.) In hac parte Auicenna ostendit nocumenta: quae sequuntur cordi ex medicina inflatiua: & causas eorum dicens: quod medicina inflatiua est valde nocua tristibus, & corde debilibus propterea: quod implet subflantiam spiritus vaporibus incongruis & intransmutabilibus, hoc est: qui cum difficultate possunt resolui & ab eis purgari substantia spiritus: qui quidem vapores se habent ad spirituum substantiam: sicut superfluitates ad membra. Nam sicut superfluitates impediunt: & grauant membra: & generant malam complexionem: & debilitatem in eis: sic vapores disti obtenebrant: & grauant spiritus: & efficiunt eos ineptos ad suas operationes: quare sunt causa tristitie: & debilitatis cordis.

¶ (Constrictiua vero.) In hac parte Auicenna docet utilitates: quas affert cordi medicina constrictiua, dicens quod medicina constrictiua, siue compressiua ingreditur medicinas cordis: ut efficiat substantiam spiritus solidam, & continuam, potentem resistere motui cui vis extrinsecus aduenientium: ne facile dissoluatur. Verum tamen medicina constrictiua competit magis Indebilitate cordis: quam in tristitia: quoniam debilitas cordis potius contingit ex subtilitate spiritus & sanguinis: quam corrigat medicina constrictiua, ingrossando, & comprimendo. Tristitia vero potius contingit ex sanguinis grossitie, & turbulentia: quam adauget medicina constrictiua. Haec nulla indigebat interpretatione verum tamen, Ne pagina vacua inspiciatur & rudioribus omnia sint aperta haec scripsimus.

¶ (Repercussiu.) In hac parte Auicenna docet utilitatem: quam affert cordi medicina repercussiu dicens: quod Ipsa ingreditur medicinas cordis solum modo: quando intendimus corrigere malam complexionem calidam quam patitur cor. Et dixit ingreditur medicinas cordis

Capitulum

non immerito. Nam vt in quinto capite huius apparebit: frigidę medicinę nequaquę solę applicari debent fonti caloris: sed permixte calidis.

¶ (Stupefactiua medicina.) In hac pte Auic. ostendit: quā vtilitatem affert medicina stupefactiua admixta medicinis cordialibus dicens qđ ipsa admiscetur medicinis cordialibus vt custodiat a corruptione virtutes aliarum medicinarum: tam in via vsq; ad cor qđ in corde: vt morentur tempore sufficienti ad faciendam impressionem: hoc autem efficit sua frigiditate vehementi, resistendo calori naturali: ne alias medicinas oimode consumat: & dissoluat etiā adiuuat ad hoc suę substantię grossities: plerūq; em̄ stupefactiue medicinę sunt grossę substantię. Hac intentione ponit opium in magnis cōfectionibus cordialibus: vt in tyriaca: & metridato. Alia etiā causa assignari potest. s. vt virtus aliarum medicinarū longiori tempore duret in incompositione.

¶ (Medicinę autē cōfortantes) In hac parte Auic. ostendit vtilitatem: quam cordiaferunt medicinę tyriacales. Et primo facit id Secūdo ponit discrimen inter medicinas tyriacales, & letificantes. Tertio ostendit causas propter quas medicinę tyriacales aliquando indigent vehementi caliditate: aut frigiditate. Primo igitur assignat duplicem vtilitatem: quam afferunt medicinę tyriacales ipsi cordi. Prima qđ confortant cor, & ex consequēti totam naturam humanam. i. omnes corporis humani virtutes: qm̄ principio confortato, omnia qđ ab ipso emanant confortantur. Cor autē est principium totius humanę naturę, a quo oēs virtutes procedunt. Id autē efficiunt medicinę tyriacales sua pprietate, siue occulta, siue complexionalis: nam multę sunt medicinę tyriacales sola complexione operantes: p̄sertim quę resistunt, (medicinarum venenosarum sua complexione) nocumētis.

¶ Secunda vtilitas: quam afferunt cordi medicinę tyriacales, est: qđ cor taliter confortāt ac corroborant, vt nō patiat a venis. Vt do ronicus, muscus, ambra. Secundo ponit discrimen inter medicinas letificantes, & tyriacales, dicens: qđ oēs medicinę letificātes & cōfortantes cor, sunt tyriacales: non tñ omnes tyriacales sunt letificantes cor. Ita qđ medicina tyriacalis est superior ad medicinam letificantem: nam oīs medicina letificans est tyria-

Secūdum. fol. lix.

calis: & non econtra. Multę em̄ sunt medicinę tyriacales qđ non sunt aptę ad letificandū ppter distemperiem suę complexiōis: aut calidam aut frigidā, calidam, vt castoreum, & calamentum, frigidam, vt lactuca, portulaca.

Tertio ostendit causas ppter quas aliquādo medicinę tyriacales indigent vehementi distemperię in sua complexione dicens: qđ sunt quedam tyriacales medicinę indigentes distis qualitatibus. s. caliditate, aut frigiditate inotēsis, diuersis ex causis siue rationibus. Quorum prima est, vt repugnent veneno sua qualitate. Nā venenū, cui medicina tyriacalis repugnat, aliquando contrariatur naturę sua substantia. i. proprietate, aliquando sua substantia, & sua qualitate simul: aliquando sola qualitate, cum autē contrariatur, aut sola qualitate, aut substantia & qualitate simul: oportet, qđ medicina tyriacalis sit complexiōis contrarię complexiōni veneni: quare ex cōsequēti, aut intensę caliditatis, aut frigiditatis.

Secunda ratio est, qm̄ medicina tyriacalis: vt repugnet veneno: aliquādo indiget vehementi caliditate, sine qua nō posset ei repugnare, propter tres causas. Quarū prima est: vt sua caliditate fortiter moueat spiritum, ad repugnandum veneno. Secunda causa est: vt sua vehementi caliditate vehementer extendatur per corporis partes: & promptę: vt possit statim obuiare veneno cum sua potentia tyriacali, & ipsum a corpore expellere, & mortificare anteq; virtus illius attinguat cor. Tertiā est: vt sua caliditate vehementi sit fortis ad corrupendū, & comburendū venenum in paruo tempore. Talis autē medicina vehementis caliditatis: licet sua complexione sit contraria spiritui: nihilominus tñ sua pprietate conseruat ipsum in suo esse. Vbi videtur Auicē. respōdere tacite obiectioni quā quis posset facere. s. quo pacto sit possibile medicinam vehementer calidā & cōbustiua esse tyriacalē.

¶ (Vomitua vero.) In hac parte Auic. docet vtilitatem: quam affert cordi medicina vomitua dicens: qđ ipsa prodest cordi: qm̄ alleviat anhelitum & cor melius euentatur materia superflua contenta in stomacho per vomitū expulsa. Propterea qđ si materia contenta in stomacho sit mordicatiua: erit sincopis p cōmunitatem causatiua mordicando os stomachi: etiā si sit venenosa effumans ad cor erit causariua nocumentorum plurium in corde:

Tractatus

quæ omnia vomitu vitabuntur. Stomachi qui-
dem plenitudo constrictione efficit in anhe-
litu propter diafragmatis ad itomachum cō-
tinuitatem.

¶ (Dissolutiua medicina & c.) In hac vltima
parte Auic. docet nocumenta simul vtilitatē
q̄ affert cordi medicina Resolutiua dicēs q̄
Ipla nocet in debilitate cordis & etiam in tri-
stitia: nisi tristitia causetur ex spiritū grossitie
et frigiditate. Nam tūc esset vtilis subtiliādo
& calefaciendo spiritum: et nisi in corde esset
humores inflati et ventosi. Nā tūc medicina
resolutiua esset vtilis eos dissoluendo et a vē-
tositatibus deputando. Deinde ostendit cau-
sas: ppter quas medicina dissolutiua noceat
tam in debilitate cordis q̄ in tristitia. Nocet
in debilitate cordis ppter ea q̄ dissoluit spiri-
tum exiguum in quantitate & subtile in sub-
stantia paucificans ipsum & subtiliorem red-
dens. Quod autē medicina dissolutiua facili-
me agat in spiritum ostendit dicens: q̄ quod
cūq̄ dissolutur est ex genere venti: quicūq̄
sit substantia siue subtilis siue grossa eius: in
quod agit medicina subtiliatiua: quare si agat
in vaporem: qualis est spiritus facilis erit eius
actio & multa dissolutio: & ideo maxime no-
cet medicina dissolutiua in cordis debilitate.

¶ Nocet medicina dissolutiua in tristitia q̄ cau-
satur ex paucitate spiritus: quoniam dissoluē-
do addit in paucitatem: etiā quia dissoluit spi-
ritum subtile: & relinquit grossum quare de-
relictus spiritus est turbidior & obscurior p̄-
cedenti. Aut subtilem spiritum efficit turbulē-
tum. i. dissoluendo subtilem efficit spiritū tur-
bulentum: quoniam auget spissitudinem re-
manentis.

¶ Deinde Auic. ponit canonem obseruādū
in administratione medicinæ dissolutiue pro
cordis confortatione dicens. Quod si neces-
sitas coegerit administrare medicinas dissolu-
tiuas: opus est commiscere eis medicinas sti-
pticas confortantes & cōgregantes & seruā-
tes continuitatem spiritus dūmodo sint cor-
diales: vt mirtus & kebuli & rosa & karabe.
& c.

TEXTVS.

¶ Capitulum Tertium de simpli-
cibus medicinis cordialibus
fm ordinē Alphabeti.

Secundus



Oīq̄ loquuti sumus de
vniuersalibus Iudicijs
medicinarum: & ostē-
dimus que ex eis medi-
cationi conueniūt cor-
dis: & quæ non: & pro-
pter quid. Jam nūc ex-
pedit: vt taz ad iudicia

particularia medicinarum cordialium simpli-
cium q̄ compositarum amodo descendam⁹:
a simplicibus inchoantes fm ordinem alpha-
beti. Inquit translator: quoniam alphabetus
Arabicum nequit ordinem alphabeti nostri
seruare: idcirco medicinas simplices de quib⁹
auctor hic loquitur ad alleuiandum laborem
studentibus secundum seriem nostri alphabe-
ti scripsimus.

De littera. A.

Ambra Aurum Argentum.
Acedula Agaricus

De Ambra.

¶ Ambra calida & sicca in secundo & cū sub-
tilitate & viscositate sua nihilomin⁹ habet ve-
hementem proprietatem letificandi & cōfor-
tandi simul. Est autem ad hoc potentior pro-
pter fortitudinē suę aromaticitatis. Et ideo cō-
fortatiua est substantiæ cuiuslibet spiritus &
membrorum principalium, & multiplicatiua
ipsius effect⁹: & est multo temperatior musco
Iam autem patens est huius natura cum sub-
tilitate & viscositate & soliditate.

De Auro.

¶ Aurum iudicatur inter iudicium argenti &
iudicium Hiacinti: & est quidem infra Hiaci-
tum & supra argentum: cuius quidem com-
plexio temperata est aliquantulum vicina ca-
lori: & est eius operatio appropriata.

De Argento.

¶ Argentum aliquantulū est frigidum & sic-
cum: eius quidem effectus similis est effectui
Hiacinti: hoc excepto q̄ est multo debili⁹ illo

De Acedula.

¶ Acedula propinqua est acetositati citri: at-
tamen q̄uis in complexione non sit ea debi-
llor in p̄rietate n̄ multo debili⁹ est.

De Agarico.

¶ Agaricus calidus est in primo: siccus in se-
cundo. Inest autem ei proprietas Tyriacalis
contra omne venenum. Et propter subtilita-
tem quæ eius caliditati cōmixta est: est appe-
ritiuus & laxatiuus humoris turbidi: propter

Capitulum

que omnia inest ei proprietates confortandi cor & letificandi.

¶ De Littera. B.

Basilicon Been.

¶ De basilicon.

¶ Basilicon ca. est & sic. in primo: habet autem aromaticitatem & stipticitatem cum subtilitate: preter hoc etiam est in eo superflua humiditas. Letificat autem cum proprietate: quam adiuuat aromaticitas stipticitati & subtilitati associata. Finaliter in vsum eius non est in letificatione laudabilis: quoniam substantia nutritiva: quae est in ipso: contrariatur ipsius medicinali substantiae. Et enim substantia medicinalis efficit: quae dicta sunt. Nutritionalis vero sanguinem turbidum atque melicium generat: & illa superfluitas insuper: quae est in ipso causat inflationem in venis: iam autem ostensum est: quod nocua sunt ista duo.

¶ De Been.

¶ Been calidum est in secundo: siccum in primo. Ipse autem quoddam est album: quoddam rubeum. Sed rubeum quidem calidius est. Et est nichilominus in utroque stipticitas cum subtilitate & opertione. Inest & fortis proprietates confortandi cor: & etiam simul letificandi: ad quae quidem iuuatur stipticitate subtilitatio coniuncta.

¶ De littera. C.

Citrum Corallus Cinamomū
Crocus Camphora Coriandrum
Calamētū Cassia lignea Caro
Cyperus.

¶ De Citro.

¶ Citricortex est ex letificantibus tyriacalibus cuius proprietatem caliditas quidem adiuuat est enim ca. & sic. in tertio: cui appropinquat folium & flos eius: suntque subtiliores eo: & eius etiam acetositas est ex confortantibus cor frigide et sicce complexionis: et est ex conferentibus cardiacis calidis. Post hoc autem est in eo tyriacalitas: unde confert morsui reptilium et serpentis: & est frigidus & siccus in tertio. Semen autem eius est tyriaca conferens venenis. Videtur etiam quod sit ex confortantibus cor prebendo soliditatem substantiae spiritus: est frigide ac sicce complexionis in tertio. Nec elongat ab intellectu qui sit ex illuminantibus ipsum.

¶ De Corallo.

¶ Corallus frigidus est in primo: siccus in secundo & cum proprietate confortat cor: & leti-

Tertium. fol. lx.

ficat: quam quidem proprietatem adiuuat illuminatio: & abstersio: & solidatio cum stipticitate.

¶ De Cinamomo.

¶ Cinamomum alitimum calidum est in fine secundi: siccum in tertio: habetque modicam stipticitatem & inest ei letificandi proprietates: quam adiuuat aromaticitas eius & fortitudo subtilitatis: & propterea confert iuamento tyriacis.

¶ De Croco.

¶ Crocus calidus est in secundo: siccus in primo: & sunt in eo dissolutio & stipticitas fortes: ad quae digestio sequitur proculdubio. Et inest ei proprietates vehemens in confortando cor & substantiam spiritus & letificandi: cum hoc quod illuminat & dilatat & solidat ipsum: & adiuuat ad haec aromaticitas fortis cum natura praedicta. Multitudo vero comestionis eius superflue dilatat spiritum & mouet ad extra: donec accidat ex hoc: ut discedat a nutrituali materia: & sequitur inde mors. Dosis autem eius ad hoc nota est: nec oportet de ipsa mentionem facere.

¶ De Camphora.

¶ Camphora frigidus est & sic. in tertio: virtus eius est saluare substantiam spiritus cum dominio suae frigiditatis: quoniam eius quantitas moderatur: & fortasse adiuuat ipsam absolute frigiditas in calida complexione: quando propter malitiam eius complexionis debilitatur spiritus & dissoluitur. Aromaticitas autem eius adiuuat absolute a proprietate ipsius in omni complexione. Temperatur vero frigiditas eius cum Ambra & Musco: siccitas autem cum oleis humidis & aromaticis: sicut est oleum violaceum. Etiam est tyriaca & propria contra calida venena. Et acquirit ab ea spiritus subtilitatem: & luminositatem vehementem & propterea letificat & confortat. In hoc autem Karabe assimilatur ei. Sed Camphora quidem fortioris proprietatis est & vehementioris saluationis.

¶ De Coriandro.

¶ Coriandrum frigidum est in secundo: siccum in tertio & inest ei proprietates confortandi cor & letificandi & propriae in calida complexione & adiuuat ipsum aromaticitas & stipticitas eius.

¶ De calamento.

¶ Calamētum si reprimatur eius caliditas & siccitas cum oleo violato & remanserit aromaticitas & penetratio eius confert intempe-

Tractatus

ando spiritum in cerebro existentem: & propria si fuerit complexionis flegmaticæ. Tunc enim repressio non indiget: nec est auditum quod spiritui conferat qui exiit in corde iuamento magno: verum tamen ex eis quæ diximus de qualitatibus eius: videtur quod conferre possit eidem.

¶ De Cassia lignea.

¶ Cassia lignea appropinquat in complexione cinamomo alitimo non tamen in subtilitate.

¶ De Carne.

¶ Caro licet sit nutriens pure: attamen aqua eius ingreditur curationem debilitatis eius: non igitur obest de ipsa loqui: & idcirco dicitur quod carnis aqua: si laudabilis fuerit caro animalis aut bidetis ouis, aut iuuenis arietis, aut hedi, vel caro laudabilium auium: est vltima rerum debilitati cordis. Quod si causatur ex debilitate spiritus tunc vtilior est caro animalis. Si vero ex ipsius grossitate & turbiditate & paucitate: tunc leuiores ex eis meliores sunt. Plures autem medicorum sunt opinati: quod aqua carnis sit brodium decoctionis ipsius: non tamen est ita: sed potius. Aqua carnis est succus per decoctionem extractus a carnibus comminutis, donec resudando fluat ab eis: in qua frigitur caro: cuius colatura potui ministratur.

¶ De Cipro.

¶ Ciperus de eo dicitur in capitulo de splacardis.

¶ De littera. D.

¶ De Doronico.

¶ Doronicum calidum est & siccum in principio secundi gradus. Inest autem ei proprietas valde fortis in confortando cor: & in letificando: cui non repugnat excessus: & ad iuuat tyriacalitas ipsius, et in ipso quidem est de stipticitate subtili: proinde est tyriaca cunctis venenis: & letificans & confortans. Reprimitur autem excessus suæ caliditatis cum commixtione sirupus macianorum. Sed in cardiaca valde calida commiscetur ei modicum camphore: propter quod remanet proprietas eius: & reprimitur caliditas.

¶ De littera. E.

Embilicus.

Endiua.

¶ De Embilico.

¶ Embilicus de complexione eius sunt differentes opiniones. Et hi qui plures sunt dicunt eum esse frigidum & siccum: hoc quidem rectius est. Isaac autem Iudeus opinatus est: ut dicitur ipsum esse calidum. Sed qui frigidum iudicant, diuersificantur. Nam quidam ponunt

Secundus

frigiditatem eius in principio, quidam vero in secundo. Videtur tamen quod sit in fine primitiuitas autem eius in secundo, propter quod est ex mere confortantibus stipticitate. Et inest ei proprietas confortandi cor, & letificandi: quam adiuuat stipticitas eius: cuius etiam frigiditas in complexionibus frigidis cum modicare leuiter temperatur. Est etiam medicina solutiua spirituum. Eius tamen iuamentum in confortatione malus est quam in tristitia. Tunc autem in tristitia prodest: quoniam eius causa est subtilitas sanguinis & paucitas, atque dissolutionis velocitas illius. Et quoniam est ex medicinis confortantibus cor propter proprietatem, & propter hoc: quod mundificat, etiam idcirco est medicina vehementer conferens intellectui, & memorie.

¶ De Endiua.

¶ Endiua siluestris sicca est in primo. Inest autem ei proprietas tyriacalis: & ingreditur cordis medicationem potata: & emplastrata.

¶ De littera. F.

¶ De Fisticis.

¶ Fisticis inest aromaticitas & stipticitas, cum viscositate: propter quod aiunt esse letificantes: & inde numerantur inter medicinas tyriacales.

¶ De littera. I.

¶ De Iacinto.

¶ Iacintus temperata esse videtur, inest autem ei proprietas letificandi, & confortandi cor, & fortiter obuiandi veneno. Et hæc quidem proprietas est virtus non suis attribuenda componentibus. Sed est manans ab ipsa eo modo quo diximus de magnete. De his autem quæ in consideratione Iacinti persuadere oportet est: ut inconueniens esse dicatur calorem naturalem agere in Iacinto, cum sumitur intra corpus post transmutationem, & dissolutionem atque commixtionem eius substantiæ cum eua porali substantia spiritus, quemadmodum dicitur de Croco & similibus. Et in summa congruum quidem est ut dicatur: quod iacintus in substantia sua patitur a calore naturali: & exinde postmodum eius opus manifestari: & tamen eius substantia, quemadmodum patet sensui: valde est ab huiusmodi passione remota. Videtur ergo quod calor naturalis nec imprimat in substantia, nec in accidentibus formæ suæ inheretibus. Sed solum in vbi eius, & loco, & qualitatibus eius accidentalibus. In vbi quidem, & loco, quoniam facit ipsum cum sanguine

Capitulum

penetrat vsq; ad ptes cordis. Qua ppter euz
efficis ppiquior passo: forti⁹ iprimis suū effe-
ctū: In qualitatib⁹ quidē accidētialib⁹: qm ca-
lescit ipm iacintū: de nā vero calefactiōis est
vt manifestet ppietate: & educat virtutē: sicut
apparet karabe. Ip̄m em̄ qn debiliter paleā
trahere videt fricat quidē donec calecat:
post hoc apponit paleā, trahens ip̄am. Videt
ergo finaliter: q̄ impressio iacinti sit ista: & q̄
actio ei⁹ sit sicut additiōe elōgatiōis/aut appro-
pinquatiōis eius ad id: in qd naturaliter iprimis
mit. Illud aut in quo testificatur antiqui letis-
ficare iacintū. s. ferrē ip̄am & ppietate ore: testā-
tur. Qm ad letificatiōe alteratiōe nō indiget
in substantia sua/ vel in accidētialib⁹ inherētib⁹
ei: Nec est necessariū q̄ passum tangat ab ea.
Sed sufficit q̄ virt⁹ letificandi: q̄ ab ea manat:
ipsum attingat: quā eius actio confortet cale-
factiōe & appropinquatiōe: sicut in ppietate
tib⁹ cetero. Videt etiā q̄ adiuuat actionem
sue ppietatis quod hz de illuminatione/ euz
absterione & tēperamēto complexionis.

De Iximele.

Iximele plāta est aromatica similis cinamo-
mo: quā quidē de lamed afferri dicunt: & est ca-
lida in. 2. sicca in. j. & est ei ppietas valde sub-
tilis confortandi spm: quā adiuuat aromatici-
tas/ & stipticitas cū subtilitate: sicut frequēter
in p̄dictis recolim⁹ confortat etiā cor/ & cere-
brū/ & oia viscera: & in sūma oiz virtū nām
adiuuat & actiōes.

De Littera. K.

Kadrem.

Karabe.

De kadrem.

Kadrem est ex medicinis letificandi⁹ & confortandi⁹
magnis: & est ex nobiliorib⁹ tyriacis
contra morsum serpētis/ & pūcturā nec hz ex-
cellētē caliditātē. Et idcirco cum hoc q̄ est ty-
riaca confortat: & letificat simul. Est em̄ herba
similis aristologie/ crescēs cū napello: cui na-
pellus vicina in quocūq; loco: nec fructificat
nec frōdescit ppter qd quidā opinati sunt
q̄ sit titimallus: qm hęc ei cōueniūt: nō in est
ita.

De Karabe.

Karabe calida est in. j. sicca in. 2. opinio tñ
est q̄ sit frigida: inest aut ei aromaticitas cam-
phoralis: & radiositas modica: & ppietas cō-
fortandi cor/ & ipm letificandi: ac depellēdi car-
diacā iuuamēto temperato/ & soliditate quā
prebet spū.

De Littera. L.

Liga bouis. Lapis Armen⁹. Lapis Lazuli
Lilium. Lignū aloes.

Tertium. fol. lx j.

De Linga bouis.

Liga bouis calida est & hūda in p̄mo: ei⁹
pprietas est letificare Mūdicat nāq; substā-
tiā cordis: mellor tñ est: q̄ de corintho afferē
hñs spissum follū velatū pluria lanugine: qd
in q̄ post exicationē nec cōtrahit nec ē siccū:
q̄ aut in his p̄tib⁹ reperit: est ex gñe alteri⁹ plā-
te & accipit p lingua bouis ppter similitudinē
illi⁹ ad illā: cū tñ nō sit illa. Sed etiā cōuenit ei
cū virtute ppietatis: & appropinquat ei⁹ natu-
ra tēperamēto. Nec tñ iprimis sicut illa.

De Lapide Armeno.

Lapis Armen⁹ ppietate hz confortandi cor-
& ipm letificandi: separādo in sup vaporē me-
lancolicū ac fumosum a spū/ & mūdicādo si-
militer corpus ab humore melancolico.

De Lapide lazuli.

Lapis lazuli similē vim hz: cū eo qd dicit
de armeno lapide: nisi quia est ipso debilior
modicum.

De Lilio.

Liliū in iudicio & natura croco appropin-
quat min⁹ tñ hz caliditatis & siccitatis eo & li-
liū qdē pueniēs ē ad confortatiōe cordis Cro-
cus aut ad letificatiōe. In lilio est potētia so-
lidandi spm ppiqua ei: q̄ est in croco: nō in hz
siccitate. Et croc⁹ hz vehemētē potētiā dila-
tandi spm foras: & mouēdi extra. Proinde am-
plius confert sincopi q̄ crocus. Lilium enim
mouet spiritus minute dilatando/ & fortius
retinendo. Crocus autem minus retinendo/
& fortius dilatando/ & extrahendo.

De Ligno aloes.

Lignū aloes appropinquat in iudicio Am-
bre: tñ est ea debilior. Et em̄ tēperamēto ppi-
quior est cōplexio ei⁹ & oia mēbra confortat.

De Littera. M.

Myrtus. Mirabolani. Mellisa.

Macis. Muscus. Mumia.

Menta. Malum granatum.

Macinum. Margarita.

De Myrto.

Myrt⁹ nō est ita pfecte cōmixtiōis: vt p̄q;
vnica & singularitē p̄dominā: v̄t ei cōueniat
p naturā: imo videt duplicē h̄re substātiā. In
q̄rū vna frigiditas dñat: i altera v̄o caliditas:
in q̄s qdē cōmixtio nō p̄ficiat/ nec actio & pas-
sio talit: vt p̄ducatur ad cōplexiōe vnica domi-
nātē eis: in q̄ qdē iudicio pluri⁹ cōsideratiōis
ē myrt⁹: videt em̄ pl⁹ eē frigiditatis i ip̄a. Nec
tñ adeo fortis ē eaz cōmixtio qm calor nālis
sepet iter eas: cūq; sepauerit: penetrat. prima

Tractatus

substantia calida: & calefacit: postea vero sequitur substantia frigida: & confortat, & strigit, & idcirco excellit eius iuuamentum in generatione pilorum: & enim substantia calida trahit, primo materiam & dilatatur poros. Cum ergo ad ipsos trahit materiam conueniens generationi pilorum: condeletur in pilum. Est autem sedes aromaticitatis quae in ipsa est: substantia calida. Cum autem iudicatur myrris secundum complexionem eius predominantem & fortior: est frigida in .j. & sicca in .2. & inest ei cum hoc subtilitas. Est quoque conueniens spiritui propter aromaticitatem suam, & stripticitatem cum subtilitate subtiliativa eius & mundificatiua etiam propter alteram substantiarum eius simplicem: propter quod iterum omnia est ex medicinis conferentibus cardiacae, & cordis debilitati proprietate: quam complexio adiuuat.

¶ De Myrabolanis.
Mirabolani kebuli frigidi sunt in .j. sicci in .2. Inest eis naturaliter stripticitas: quod significat ipsorum potentiam: & solunt cum proprietate quae complexio adiuuat. Myrabolani indii tamen adhuc fortiores sunt kebulis. Condeletur tamen in mundificatione cordis, & consolidando, & confortando etiam: Idcirco letificat: Videatur etiam quod ad hoc sicut inest proprietate.

¶ De Mellisa.
Mellisa calida est & sicca in .2. Inest autem ei proprietate mirabilis letificandi, & confortandi cor similiter: quae quidem adiuuat aromaticitas & subtilitas aptiua, & stripticitas: quae in ea sunt. Et cum hoc etiam cum his visceribus conferat: habet quod nam leuiter solutiua ita, scilicet quod sufficit ad soluendum a spiritu vapores melancholicos, & sanguinem qui exiit in corde: nec tamen id efficere valet a caeteris membris & corpore toto.

¶ De Mace.

Macis de eo dicitur in capitulo de Spica.

¶ De Musco.
Muscus calidus est in .3. est autem similis crocino tamen croco loco eius permutari potest in omni loco. Et muscus est tyriacalium nobilior contra napeleum, & grana eius, & cornu spicae. Et reprimat caliditas eius cum caphora: & siccum cum oleis humidis: sicut cum oleo violaceo & rosaceo.

¶ De Mumia.

Mumia calida est in fine: tertius: sicca pro ut credunt in .j. inest autem ei proprietate omnem spiritum confortandi: quod adiuuat continuatiua viscositas.

¶ De Menta.

Menta habet subtilitatem aromaticitatem: & dulcedinem, amaritudinem commixtam cum delectabili commixtione potentiam, & conuenientis stripticitatis. Quae inquam sicut saepe diximus adiuuat letificandi proprietatem. Videatur autem quod eius complexio sit calida

Secundus.

In fine primi sicca in principio secundi.

¶ De Malo granato.
Malum granatum dulce conueniens est complexioni spiritus cum bonitate & dulcedine sua: & proprie spiritus qui existit in epate.

¶ De Maciano.
Macianum frigidum & siccum est in .j. & inest ei magna proprietate letificandi, & confortandi quae adiuuat aromaticitas, & dulcedo. Et enim causa haec est quod medicina est nutriens: quod ob hoc conferat spiritum nutriendo, & temperando ipsum & prodest etiam ex sua proprietate.

¶ De Margarita.
Margaritae similes carabe in natura & luminositate. Verumtamen in opere non sequitur illas. Tamen inest proprietate valde magna.

¶ De Littera. N.

¶ De Nenufate.
Nenufar appropinquat camphore in iudicio: nisi quia est humidior ea: & eius quidem humiditas causat in substantia spiritus: qui existit in cerebro pigritiam & torporem: nisi egeat humectatione: ut temperetur. Spiritus vero qui est in corde non videtur ab ea pati hoc nocumentum: quod patitur spiritus cerebri: immo prebet forte iuuamentum: nam proprietate sua aromaticitatis confortat spiritum qui in corde est: nocumentum vero frigiditatis & humiditatis ipsius est secundum quid: & temperatur croco, & cinamomo.

¶ De Littera. O.

Oua. Olibanum. Ozimum.

¶ De ouis.
Oua quibus medicina non sunt: ad confortationem cordis tamen recipiuntur. In primo enim valde confortat vitella vcz: dummodo tamen accipiantur ex ouis volatiliu laudabilis carnis: sicut gallinae, & perdiciu, & starna, & fassiani. Ista cum vitella temperate complexionis sunt: quibus tria conueniunt. scilicet velocitas in sanguinem transmutari: & parum superfluitatis post transmutationem relinquere: & sanguinem generat & confortationem sanguis: quo nutritur cor. scilicet subtile & clarum: pellit ergo festinant ad ipsum. Et idcirco per caeteris nutritibus conueniens est in dissolutione substantiae spiritus, & diminutione materiae ipsius sanguinis. scilicet cordialis.

¶ De Olibano.
Olibanum calidum in secundo gradu & siccum in primo est: confortatiuum vitalis spiritus & animalis, & proinde conferat hebetudini & obliuioni: cuius inque operatio conformis est operationi Been: nisi quia eo debilius est

Capitulum

In confortatione cordis: & maioris aromaticitatis: & ppter tyrsacitatem: quæ in ipso est prodest fumus eius in pestilentijs.

¶ De Ozimo.

Ozimum est Basilicum: de quo superius est dictum: minus autem est mellise iudicio simili: excepto quod est eo calidior modicum.

¶ De Littera. P.

Polipodiū. Pira. Peonia.

¶ De Polipodios.

Polipodium letificat non per se sed per accidens: euacuat enim a corde & cerebro & corpore toto melancoliam.

¶ De Piris.

Pira quidem aromaticitatem & stipticitatem atque soliditatem substantiæ: quæ in quibus ad frigiditatem declinantia habent virtutem confortandi cor: & adiuuant eam quæ diximus. Maciana tamen ad hoc meliora sunt eis.

¶ De Peonia.

Peonia temperata est in caliditate & frigiditate: forte habens siccitatem & stipticitatem cum subtilitate quæ in quam omnia proprietatem ipsius adiuuant in confortationem spiritus animati & expulsionem superfluitatum a cerebro cum potentia: quam habet educendi melancoliam & phlegma: & illius substantia tantum: a cuius proprietate adipiscitur cerebrum potentiam resistendi eorum receptioni: videtur etiam illi conuenire vniuersaliter in pressio in corde quæ non recitetur.

¶ De Littera. R.

¶ De Rosa

Rosa imperfectæ compositiōis est in eius substantia: sicut diximus de myrto. Est enim in ea substantia: cuius complexio frigida est in secundo: & substantia cuius calida est in primo: & est in ea substantia lenitiua & humectatiua & substantia inspissatiua & sicca. Conuenitque cum aromaticitate sua substantiæ spiritus: & proprie quædo supercalefactus extiterit. Confert enim ei tunc sua frigiditate: Ac solidat ipsum cum sua stipticitate. propter quod valde proficit & sincopi & cardiacæ: quoniam paulatim deglutit aqua ipsius. Estque cunctis visceribus conferens.

¶ De Littera. S.

Sericum. Sticados. Spodiū.

Sandalus. Secacul.

¶ De Serico.

Sericum ex fortibus letificatibus est: excellentius tamen est crudum. Sed quoniam cadit in usum coctum

Tertium. fol. lxiij.

potissime si non fuerit tinctum. Est autem calidus & siccus in .j. & insunt ei subtilitas & raritas & puritas atque fulgor & proprietas letificandi & confortandi cor: ad quod iuuat predictis: vnde dilatat spiritum & solidat: & abstergit & clarificat & illuminat. Nec tamen eius confortatio tamen vni appropinquatur spiritus: sed est potius conueniens substantiæ spiritus cuiuslibet. Ita quod confert spiritui animato. quod per se ex eo quod visum confortat. si oculi ex eo colyrizentur patet etiam propterea. quod confert memoriæ. Et spiritum propterea confortat qui existit in epate quod in pigatio manifestat planum est autem: quod non impingat: propterea quod temperet corpus: reliquit ergo quod facit hoc quia confortat spiritum naturalem ad nutriendi actionem perfectius causandam: utimur enim eo sine repressioe.

¶ De Sticados.

Sticados arabicum calidus est in primo: siccus in secundo. Inest autem ei proprietas educendi humorem melancolicum: & proprie ex cerebro & ex corde vnde etiam letificat & confortat corpus: depurando substantiam spiritus in cerebro & in corde simul a melancolia. Habetque stipticitatem modicam: & idcirco substantiam spiritus in corde consolidat. Videtur etiam quod propter hoc proprietatem habeat confortandi cor: propter que vehementer confortat in venenis puncturam & morsuram & ad confortandum cor & ad corroborandum memoriā.

¶ De Spodio.

Spodium inest proprietatem confortandi cor & letificandi: confert multum cardiacæ: & sincopi cardiacæ: cuius proprietatem stipticitas adiuuat: complexionaliter autem est frigidum in .2. In complexione frigida temperat cum croco. Videtur quod letificet & confortet causando luminositatem & soliditatem in spiritu.

¶ De Sandalis.

Sandalus habet proprietatem letificandi & confortandi cor: quæ quædo adiuuat aromaticitas & stipticitas & illius subtilitas. Estque complexio eius frigida quævis albus frigidior sit & minus siccus. Omnes tamen in his gradibus perueniunt ad secundum gradum.

¶ De Secacul.

Secacul quod est siccitas calida: ut fertur: propter subtilitatem & caliditatem & humiditatem: addit in virtute spiritus.

¶ De Littera. T.

Terra sigillata. Tamarindi.

¶ De terra sigillata.

Terra sigillata temperate complexiōis est in caliditate & frigiditate: conformis humanæ complexiōis: nisi quia eius siccitas maior est humiditate ipsius. Habetque humiditatem cum sua siccitate vehementer compositam. Et propterea insunt ei viscositas

Tractatus

& confortatio quia maior, vero est siccitas in ea: Idcirco cum illis inest etiā eisdem abster-
sio: habet etiam proprietatem mirabilem le-
tificandi & confortandi cor cum Tyriacacis-
tate manifesta: propter quod cunctis obuat
venenis. Ita quod siue bibatur antequam venenum:
siue post: naturam sustinet: & confortat ad ex-
pellendum eum. videtur etiam quod inest ei pro-
prietas illuminandi, & temperandi spiritum.
Adiuuant autem viscositas & stipticitas: que
in ea sunt, & enim soliditatem & continuitatem
auget spirituum: propter quod fortius le-
tificat: & confortat.

De Tamarindis.

Tamarindi frigidi sunt & sicci in secundo:
de quibus opinio est quod confortant cor, vide-
tur tamen quod illud sit proprie in habentibus ma-
lam complexionem ad naturam coloricā de-
clinantem. Et enim temperat infrigidando:
& a colera mundat eum cum virtute solutiua
quā habet.

De Littera. V.

De Vinet.

Vinet calidum est in primo: siccum in secundo:
que propter sui aromaticitatem conueniens
est substantię spiritus: quam etiam soliditate
& stipticitate consolidat & confortat de facili:
& penetrat propter sui subtilitatem. Et idcirco
confortatiua est cordis: & cardiacę conferens.

De Littera. Z.

De Zedoaria.

Zedoarię vtrūque calidum est & siccum in
tertio: in quibus etiam inest cum subtilitate sti-
pticitas & conuenit eis cum proprietate: & aro-
maticitate cor confortare: adiuuatque cor sti-
pticitas & subtilitas. Sed in domestico quidem for-
tior est confortandi proprietate: & aromatici-
tas etiā: ponitur que in magnis tyriacis. Et quo-
niam vehementer conuenit substantię spiritus:
idcirco confortat spiritum in epate existē-
tem: adeo quidem ut inter impiguitia com-
putetur.

Commentaria.



In hoc capite princeps Aui. di-
serit de iudicijs medicinarum sim-
plicium cordialium: ostendens cuius-
vis earum complexionem: tam in acti-
uis quam in passiuis qualitatibus: &
simul gradualem mensuram dicte complexio-

Secundus.

nis. Secundo virtutes, tam manifestas, quam
occultas: propter quas queuis earum facit ad
confortationem cordis, & letitiam, & ad resti-
tutionem spiritus. dicte autem virtutes sunt quas com-
memorauit capite nono primi libri. Cum dicitur
xit: quod medicinarum letificantes id efficiunt: Aut
quia restaurat nutriendo: Aut quia prebent
splendorem spiritui, Aut congregando sub-
stantiam spiritus, Aut quia delectationem af-
ferunt ut dulcia, & aromatica, Aut sua como-
plexione, Aut euacuando melancholicum hu-
morem, Aut propter proprietatem, Aut plu-
ribus illorum modorum. Littera huius capiti-
tis nulla indiget interpretatione.

Verum propter simplices medicinas cordiales
connumeratas ab Aui. sunt multo plures: hic
tamen Aui. commemorauit magis vulgatas:
& que virtutem habent insigniorem confor-
tandi cor, & letificandi. Existimandum quod
est translatorem reliquisse multa ex simpli-
cibus cordialibus. Nam loquens de cipo &
de Mace, retulit eorum per tractationem. Ad
per tractationem de spica: verumtamen nihil
scriptum reperitur de spica. Etiam mirandum
est quod Auicenna non commemorauerit. Rubi-
num Smaragdum, granatum, neque Saphirum
inter cordialia cum primas obtineant partes
in cordis confortatione.

Verum non inutile videbitur: si per tracta-
mus: quid per gradum medici intelligant.

Etiā quo pacto gradus inter se distingantur.

Pro cuius rei intellectu est sciendum: quod gra-
dus dicitur respectiue per, comparationem ad
temperamentum.

Temperamentum autem est duplex. scilicet pon-
derale, & iustitiale. Gradus autem dicitur per
comparationem ad iustitiale temperamentum
secundum veriore positionem: que que Iacob
filius alchindi censeat: gradus debere referri
ad temperamentum ponderale. Gradus itaque
est complexionalis excessus medicinarum: quo su-
perat iustitiale temperamentum humanum.

Hic autem excessus a medicis diuisus est in
quattuor mensuras: que quattuor gradus
appellantur. Hi autem distinguntur ex parte
immutationis: quam efficiunt in corpore
humano: ut refert Auicenna secunda Fen-
primi canonis: & Galenus quinto libro de di-
namidis. Primus enim gradus mutat cor-
pus nostrum a suo temperamento: sed hec mu-
tatio sensui non apparet nisi per accidens. scilicet

si sepe applicetur. Secundus vero gradus corpus a temperamento immutat a p[er]cepti ac sensibili mutatione: sed non multum. Ita quod nondum corpus manifeste a cursu nature alterat. Tertius vero manifeste immutat corpus: ac a cursu nature ducit: non documentum efficiens: nondum tamen corrumpit. Quartus gradus & manifeste immutat corpus & manifeste corrumpit. Quisuis autem distorum gradum a Galeno diuisus est in tres mansiones: primam: secundam & tertiam. quare omnium quattuor duodecim sunt mansiones. Tertio enim tegni inquit. Si decem numeris secundum calidius: septem vero secundum siccus &c. ubi per numeros graduum intelligit mansiones.

¶ De proportione autem graduum ad temperamentum & eorumdem inter se variae fuerunt antiquorum positiones. Jacob enim filius adchini existimauit gradus distare a temperamento & inter se per duplam proportionem ex qua constat consonantia musicalis diapason. Ita quod secundum eius sententiam primus gradus discedat a temperamento per duplum: & secundus discedit a primo etiam per duplum: & a temperamento per quadruplum: & tertius gradus discedit a secundo per duplum: & a temperamento per octuplum: & a primo per quadruplum: quartus vero gradus discedit a temperamento per sedecuplum: a primo per octuplum: a secundo per quadruplum. Ita quod inter gradus quatuor et temperamentum sit proportio: qualis est inter sequentes numeros .1. 2. 4. 8. 16. unitate obtinente vicem temperamentis: alijs quattuor numeris vicem quattuor graduum. Censuit preterea Jacob alchini temperamentum constare ex equis partibus caliditatis & frigiditatis: aut siccitatis & humiditatis. Primum gradum in actiuis siue passiuis constare ex duabus medietatibus proprie qualitatis & vna sui contrarij secundum constare ex quattuor partibus sue proprie qualitatis: & vna parte sui contrarij: tertium gradum constare ex octo medietatibus sue proprie qualitatis & vna sui contrarij. quartum vero gradum constare ex 16. medietatibus proprie qualitatis. & .j. medietate contrarie qualitatis: quare secundum eius sententiam: calidum in primo continet caliditatis duas medietates & vnam frigiditatis: calidum in secundo quattuor medietates caliditatis: & vnam frigiditatis: calidum in tertio .8. medietates caliditatis: & vnam frigiditatis ca-

lidum vero in quarto .16. medietates caliditatis vnam frigiditatis: & sic in alijs qualitatibus. Hæc tamen positio impugnatur ab Auerro quinto colligit & a conciliatore differentia. 139. ad quos te refero breuitatis causa. Non enim decreui hic nisi ea afferre: que videntur pertinere ad textus Aulic. facilem intellectum fuit & alia positio que tenuit. In quarto gradu nullam esse contrarie qualitatis partem sed octo partes sue proprie qualitatis. Ad hoc ostendendum hæc positio imaginatur: quod si quis misceat medicinam calidam in quarto cum medicina frigida in quarto: qualitates equabuntur: & erunt in dicta medicina quattuor partes caliditatis: & quattuor frigiditatis. Iterum si dictæ medicinæ addat vna pars caloris: tunc erit calida in primo gradu: & continebit quatuor partes caloris & tres frigiditatis. Si iterum etiam addatur alia pars caloris: erit calida in secundo gradu & continebit sex partes caloris & duas frigiditatis. Si vero etiam adiungatur sibi alia pars caloris: tunc erit calida in tertio gradu: & continebit .7. partes caliditatis & vnam partem frigiditatis. Si tandem addatur alia pars caliditatis. tunc erit calida in quarto gradu continens octo partes caliditatis: & nullam frigiditatis. Et sic secundum hanc positionem calidum in primo continet quinque octauas caliditatis & tres frigiditatis: calidum in secundo continet sex octauas caliditatis & duas frigiditatis: calidum in tertio septem octauas caliditatis: & vnam frigiditatis: calidum in quarto continet .8. octauas caliditatis & nihil frigiditatis. Et eodem pacto frigidum & humidum & siccum ex proportione calidi.

¶ Huius tamen positionis motiuum est falsum: quoniam calidum & frigidum & humidum & siccum dicuntur a dominio & non simpliciter quare falsum est. quod quartus gradus nihil contineat contrarie qualitates: etiam temperamentum non solum constat ex contrarijs quarti gradus: sed etiam ex alijs. scilicet primi & secundi & tertij & extemperatis.

¶ Alia fuit constanti positio: qui distinxit gradus per comparisonem ad calorem naturalem. Censet enim primum gradum caloris esse minorem calore naturali: secundum quasi equalem calori naturali. Calidum in tertio esse maius calore naturali. Calidum vero in .4. esse maius .3. Cuius motiuum est: quoniam antiqui dixerunt complexionem humanam: & maxime equalem esse

inter duas extremitates primi & quarti gradus. Hæc tamen positio omnino est a ratioe aliena: & explicat rem ignotã per ignotiorẽ. ¶ Alia est positio Auerrois quinto colliget capite. 8. censentis talem esse inter quattuor gradus & temperamentum proportionem: qualis est inter numeros naturaliter procedentes: ita q̄ primi gradus ad temperamētum sit dupla proportio: secundi ad primum sex qui altera/qualis est inter. 3. 2. & tertij ad secundũ esse sex qui tertĩã qualis est inter. 4. & 3. quarti ad tertium esse proportionem sex qui quartam qualis est inter. 5. & 4. proportio autẽ. secundi gradus ad temperamentum est tripla: & tertij gradus ad temperamentum est proportio quadrupla/velut aperte constat dispositis sic numeris. 1. 2. 3. 4. 5. ita ut unitati respõdeat temperamētum: alijs quattuor numeris quattuor gradus.

¶ Ad hanc autem positionem nõ sequuntur inconuenientia quæ ad alias. Verũ si longior rem cupis horum pertractationem videre: vide cõcillatorem ubi supra: nõ nihil etiam nos diximus in cõmentarijs canonum vniuersalium Ioannis Mesue. Arnaldus etiam de vilanoua lögam tibi exhibet per tractationem in tractatu de gradibus medicinarum.

TEXTVS.

De differētibus modis letificandi & etiam confortandi repertis in medicinis cõpositis. Ca. iij.



¶ Determinatis nostræ intentionis sermõibus i medicinis simplicib⁹ cordis: amõ loq̄mur de medicinis cõpositis. Et primo de Mytridato & Tyriaca magna. Nulla em̄ cõpositarũ medicinarum equiparatur eis in temperendo cõplexionẽ humanã, & conferendo ei ac letificatione cordis, & ablatiõẽ tristitiæ nec nõ in obuiãdo venenis, ac morsibus etiã venenosis. ¶ Ambarũ em̄ medicinarũ aliqd

est notũ: aliqd vero ignotũ. Notũ autẽ est qd̄ eis aduenit ex simplicibus. Ignotũ vero qd̄ eis aduenit post cõmixtionem. Exemplũ autẽ primi est: sicut si dicam⁹ nos scire Tyriacam & mytridatũ veneno tyri & scorpionis cõferre p̄pterea: q̄ in eis reperitũtur medicinẽ cõferentes ad illud. Et similiter in propter hoc dicitur conferre cardiacẽ aut debilitati virtutis existentis in epate. Exemplum autẽ secundi est vt dicamus q̄ nobilior operationũ ipsarum est: quæ prouenit vtrĩsq; post cõmixtionem a natura conuenienti valde naturẽ humanẽ: ad quam quidẽ suscipiendam cõplexio p̄parauit eam: eius etiam principiũ ab extrinseco est. ¶ Nos autem ignoramus causam inuentionis quantitã medicinarum simplicũ proportionatarũ ad hæc dispositiones in eis: quẽadmodũ ignoramus in cæteris in quibus etiã similiter accidit: & quæ non artificialiter sed naturaliter componuntur.

¶ Sapiẽtes autẽ speculatores p̄cise determinãt qd̄ directio ad cõpositiones istarum medicinarum processit ab inspiratione ac prouidentia diuina: Aut a re inspirationi simili. Et em̄ deductio rōnis non p̄tingit efficaciam cõpositionis ipsarum sed attingit ex ipsa cõpositiõẽ quam narrauimus paulo ante. Quod si tota operatio tyriacæ procederet ex parte dispositionis: quam sua complexio p̄bet: esset vtrĩq; recens efficacior & vtilior fermētata. Cuius cõtrariũ in est. Recens autẽ pauci iuuamenti est. Et illud quidem iuuamentum quod ei ex sua proprietate cõuenit nõ inuenitur sensibiliter apprehendi nisi in fermētata. ¶ Perficit autẽ fermētatio ipsius fm̄ modernos in decẽ annis fm̄ Ga. in in annis .xx. fm̄ diuersitatẽ caliditatis & siccitatis regionũ: ac climatũ. Et apd̄ alios quos modernorũ sperat ei⁹ iuuamētũ p̄t sex menses: verũ in nec apud nos nec apud Galen. demonstratio est in hoc. Predecessores autem Galeni dicunt hæc p̄prietatẽ in p̄dictis ambabus medicinis necessario prouenire post vehementem cõmixtionẽ. Qui quĩs separarent in ipsis causari post cõmixtionẽ & fermētationẽ proprietatem cõgregantẽ simplicũ p̄prietates: illis in debilitore: timebant nihilominus: q̄ cõmixtio amputaret p̄dictas p̄prietates. Sed reuelatio ac diuina prouidentia produxit ad illud. Posquam vero examinata fuerit earum cõplexio: debilitari cepit timida existimatio: & verificata est opinio veritatis.

Capitulum

Cursus autem imperiti medicorum credunt in tyriaca & metridato esse excellentem caliditatem: & idcirco respuunt ex ipsis dare quantitatem medij aurei. Nec in dubitant de diacimino & diatrion piperon quatuor aureos propinare. Cum tamen concludat perscrutatio rationis quod in hacdosi istarum confectionum: multo etiam amplior sit caliditas quam in dosi predictarum. Et enim in medio aureo vtriusque predictarum sunt scrupulum unum & s. mellis. Et in alijs tres scrup. vel. 3. medicinarum: sicut quam quantitatem acquiratur mellivirtus. Sunt preterea in ea medicina infrigidantes: inter quas opium est habens sufficientem frigiditatem, quae inquam rei formentatque communes sunt.

In re autem fermentata duplatur virtus quantum sit illa siue caliditatis siue frigiditatis. Et enim in substantia humida confectio fermentatio auget caliditatem: tyriaca autem non recipit fortius quam recipiant supra nominatae confectiones. Et idcirco virtus ipsius: quamvis equalis esset virtuti alterius predictarum: nihilominus existit fortioris impressionis. Quamvis ut dictum est verum sit: tamen nullus supradictorum tam vehementi audacia prumpit subito in administrando tyriacam sicut in confectionibus alijs. In ambabus enim predictis primae duae intentiones reperiuntur dum fuerint fermentatae: nec tamen uti respuunt fermentatis sed abstinere ab usu ambarum recentium. Et huic audaciae simile quid habent opinatores huius: qui ministrant pilulas cochias, & fetidas, & hermodactylos, & euforbij: & respuunt dare hieralogodion, & hiera archigenis: cum in his exsiccatae medicinae minoris existant ponderis, & pluribus reprimentibus quoque sequentur.

Postquam tamen considerationem diligentem adhibuissim computando existimaui myridati & tyriacae. Iuuent quoque caliditatem tyriacae in fine secundi: & myridati caliditatem citra aliquantulum: quamvis sua componentia fortiora sint & maioris etiam ponderis. Sed existimatio persuadet quod complexio per fermentationem adipiscitur caliditatem vehementem venientem ab extra: quod quidem sillogisticis comprehendere non potest: sed solummodo existimatione artificiali, & experimentalis. Experimentum autem ostendit nobis tyriacam & myridatum minus notabiliter calefacere corpora nostra, quam diaciminum & diatriom piperon.

Opera vero fortiora & nobiliora: quae qui

Quartum. fol. lxxiii.

dem ex tyriaca & myridato procedere cernimus manifeste: non ex vehementia caliditatis aut frigiditatis procedunt, sed ex nobiliori proprietate ipsorum. Sed tam proprietate simplicium quam ex proprietate eis ab extrinseco data. Sic igitur ex predictis relinquitur manifestum, quod tyriaca & myridatum non imprimunt, quae admodum opinati sunt quidam calefactionem & adustionem: quas alij vsuales medicinae seu confectiones imprimunt. Homo autem temperatae complexionis quam utitur altero ipsorum tempore temperato, aut frigido, & in quantitate etiam moderata, nec nimis frequenter, praesunt ei ad confortationem cordis maximo iuuamento, & conseruant sanitatem in ipso, atque securum efficiunt ab incursu pestilentiarum accidentium, & a pravis humorum motibus, atque lesionibus obuiant venenorum: cunctasque virtutes eius corroborant: & vitae longitudo praestant ei. Qui vero calidae complexionis existit, etiam in calida regione, nec istis nec alijs etiam confectionibus calidis uti debet, nisi in necessitatibus manifestis.

Praeterea ex capitulo myridati & tyriacae sunt diamusculus amarus & dulcis. Sed amarus quidem conueniens est temperatam habentibus complexionem, aut frigidam: dulcis autem habentibus calidam: ceterum diamusculus in letificando non multo debilius est quam tyriaca: in confortatione tamen cordis ea, moderare debilius est. In confortatione quidem ceterorum membrorum multo debilius est ipsa. Amplius autem impressio eius in corde letificatio est & viuificatio ipsius. Insuper autem utilitas eius: quae in moribus & puncturis minor est, quam eius utilitas in venenis bibitis. Tyriaca vero & myridatum ad omnia prosunt. Potest autem diamusculus amarus sic temperari, videlicet ut accipiantur ex eo aurei. xj. & ex succo macianorum dulcium, & granatorum dulcium, & citroniorum dulcium ana. aureos. l. & quoque quantum simul usque ad spissitudinem, & post hoc vero poterit eo uti calidam habens complexionem. Quod si valde calida complexione extiterit, fiat illud cum succo accedule, & citri acetositate. Sit quoque dosis tantae quantitatis, ut dosis. s. diamusculi cum adiuncto saluetur. Ut si dosis succorum huiusmodi sit aur. lxx. aut. lxx. tanta quidem diamusculi quantitas adiungatur. Quia repressa excellenti qualitate ipsius: prodesse possit sicut sui proprietate. Et similiter intelli-

Tractatus

gendum est in ceteris letificantibus tam magnis quam paruis. Confectio vero profectus: quam alchindus composuit, utilis est valde melancholici cordis debilitati ex morbo melancholice: amplius autem confert purificando, quam confortando. Diamuscum vero est letificans confectio, manifestius confortando prestat iuuamentum, quam purificando. Et ideo confectio profectus conuenientior est tristitie melancholice, & ipsi melancholice. Diamuscus autem & confectio letificans potius conuenit sincopi & cardiacae passioni.

Commentaria,



In tertio cap. Aucenna deseruit de iudicijs medicinarum simplicium cordialium. In hoc autem quarto capite agit de iudicijs medicinarum compositarum cordialium ostendens potiores ex medicinis compositis cordialibus, quomodo confortent cor: etiam quo pacto inter se differant, & earum quibus quibus cordis dispositionibus sit conueniens. Et diuiditur Capitulum in duas principales partes: in quarum prima agitur de alijs quibus cordialibus ab alijs adinuentis. scilicet de tyriaca & mytridato, & de dia musco dulci, & amaro, & de confectioe nuncupata profectus ex inuentione alchindi. In 2. parte agitur de alijs confectioibus ex propria inuentione Aucennae & ab eo expertis. Ibi ex medicinis autem quae huic passioni conueniunt &c. Prima autem pars diuiditur in tres. In quarum prima agitur de tyriaca & mytridato. In secunda de dia musco dulci & amaro: ibi. Praeterea ex capitulo metridati. In 3. agitur de confectioe profectus ibi confectio vero profectus. In prima autem quatuor facit primo. In generali ponit tantum tyriacae & metridati virtutes. Secundo assignat discrimen inter virtutes repertas in ipsis: ibi ambarum enim medicinarum. Tertio probat in tyriaca & metridato preter operationes a simplicibus prouentes esse alias a toto resultantes distinctas ab alijs: ibi quod si tota operatio. Quarto reprehendit nonnullos imperitos medicos sui temporis: qui existimabant in tyriaca & my

Secundus

tridato esse excellentem caliditatem: quare etiam errabant in administratione eius ex parte quantitatis: ibi rursus autem imperiti medicorum. Inquit igitur primo. Quod mytridatum & tyriaca magna sunt tantae virtutis, quod nulla ex medicinis compositis eis adequatur. Primo in temperando complexionem humanam. Secundo in letificatione cordis. Tertio in ablatione tristitiae. Quarto in succurrendo venenis & moribus aialium venenosorum. Vbi Auicenna assignat virtutes repertas in tyriaca & metridato. Prima quod earum quibus temperat complexionem humanam. Secunda quod est conferens tristitiae. Quarto liberat a venenis, & a moribus venenosorum. Quot autem nulla compositarum medicinarum eis adequetur in virtute experientia monstruit: in nulla enim medicinarum compositarum tot & tanta reperta sunt iuuamenta: quo ad dictas virtutes cordis confortatione dicatas. Vbi aduerte in dictis confectioibus alias propter dictas adesse virtutes: verum tamen dictae sunt virtutes quarum actiones cordi proferuntur tribuuntur. Complexio temperata: corde primum temperato: & etiam spiritu: letitia etiam inducitur: sanguine & spiritu modificata: tristitia etiam eiusdem modificata auferitur venenis vero succurritur: corde proferuntur confortato: & contra venena munito.

(Ambarum autem medicinarum aliquid est notum aliquid vero ignotum.) In hac parte Aucenna, ut dictum est ponit discrimen inter virtutes duarum dictarum confectioibus: & simul ostendit: quo pacto peruentum sit ad cognitionem quantitatum simplicium medicinarum ingredientium dictas confectioes: ut inde proueniret ita mirabilis virtus occulta. Inquit igitur. Quod ambarum medicinarum: aliquid hoc est aliqua est virtus nota siue manifesta, aliqua vero ignota siue occulta: virtus manifesta est: quae eis aduenit ex simplicibus componentibus. Virtus vero ignota siue occulta est: quae eis accidit post commixtionem. Et exemplificat de vtraque dicens, quod virtus nota est velut si dicimus quod scimus quod tyriaca & metridatum conueniunt veneno tyri, propterea quod in eis ingrediuntur plura conuenientia ipsi. Et virtus ignota est: quae aduenit eis post commixtionem: quae est natura quaedam valde conueniens cum natura humana adueniens vtrique post commixtionem, ad quam naturam recipiendam preparauit complexio, & eius principis

Capitulum

Primum est ab extrinseco.

¶ Circa quam litterarum est primo aduertendū quod ut supra dictum est duplex est complexio: quaedam prima: & est complexio proueniens ab elementis. Altera. 2. & est: que prouenit a rebus: quæ in se habet primam complexionez & hæc est duplex: quedam proueniens a natura: ut complexio lactis: quæ constat ex complexionibus casei, aquæ lactis, et butyri. Altera est proueniens ab arte: ut complexio tyriacæ quæ constat ex complexionibus simplicium eam ingredientium. Hæc autem diuisio colligitur ex dictis Auic. 2. canonis tractatu. j. & ex dictis Galeni. 3. de simplici medicina. ¶ Secundo aduertendū est quod medicinarum compositarum quedam sunt quæ post compositionem sortiuntur virtutem occultam distinctam a virtutibus simplicium: ut tyriaca: metrydatum: & multe aliæ ex medicinis compositis ab antiquis medicis celebratis: quedam vero nullam sortiuntur virtutem occultam distinctam a virtutibus simplicium: quarum numerus est multiplex: ut maior pars medicinarum quæ nostro tempore componuntur. Quoniam sit causa: quare aliquæ compositarum medicinarum insignitæ sint occultis virtutibus distinctis a virtutibus simplicium: aliæ vero non: infra explicabimus. ¶ Tertio aduertendū est circa illam litteram cuius principium est ab extrinseco: quod ut exposuimus capi. x. libri primi. occultarum proprietatum principium effectiuum est extrinsecum. scilicet secundum Platonicos Idea: secundum Hermetis, & aliorum Astrologorum sententiam celestis influxus: secundum vero Auic. sententiam, aut colodea. scilicet datrix formarum intelligentia: siue summa & plenissima influentia. Quarum opinio numerum veriorum censent Neotericis Hermetis positionem. Nam sumus omnium rerum fabricator per ministros sibi subditos. scilicet stellas producit. Alienum enim a ratione videretur. Si quis assereret deum stellas tanta pulchritudine dotasse, tanta varietate distinxisse, tam diuersis motibus moueri. Iussisse ad nihilum in ipsas descendere. Quinimo asserendum omnium harum rerum inferiorum mobilium ac corruptibilem regimen eis omnipotentem omnium gubernatorem subdidisse: cum ipsis autem semper deus coagit: qui immo sepe earum suspendit naturales actiones. In his tamen omnibus quæ videntur naturales pretergredi disciplinas nihil assero: propter quod id quod sancta mater Ecclesia asserendum censet. Nos autem ignoramus causam. ¶ In hac parte Auic.

Quartum. fol. lxx.

respondet tacite obiectioni: posset enim queri: quare est causa: quare ex tali simplicium ingredientium distas compositiones mensura resultat virtus dicta occulta, distincta a virtutibus simplicium: etiam posset queri: quomodo perueniunt sit ad cognitionem distæ mensuræ medicinarum simplicium. Dicit igitur: quod nos ignoramus causam inuentionis. scilicet quo pacto adinuentæ sunt quantitates medicinarum simplicium proportionatæ taliter: ut ex ipsis proueniat dicta proprietas, sicut etiam ignoramus in rebus compositis naturaliter etiam occultis proprietatibus dotatis, quare ex tali vel tali mensura componentium elementorum resultat proprietas. Immo quod potius est ignoramus etiam mensuras quantitativas & qualitativas componentium: & quæ illas sciremus: nihilominus ignoraremus: quare ex ipsis proueniret proprietas. Dicit præterea, quod sapientes speculatores existimant: quod compositores distarum confessionum directi sunt ad eas sic componendas, tali simplicium mensura seruata, a reuelatione seu inspiratione diuina. Aut a re simili inspirationi: quod probat dicens. Et enim directio rationis & c. ac si diceret. Nullus discursu rationis posset peruenire ad componendas medicinam habentem virtutem occultam distinctam a virtutibus simplicium: igitur quicumque peruenit ad talem medicinam componendam directus fuit ab inspiratione, aut a re equiualeti inspirationi. Vbi pro re inspirationi similem intelligit casum fortuitum aut aliquid tale.

¶ Pro cuius litterarum intellectu sciendum est: quod Antiqui medici multas efficaces compositiones proprietatibusque insignibus dotatas, adinuenerunt hoc pacto. Plura enim componentia medicamina ex simplicibus diuersorum iuuamentorum pluribusque indiuiduis varijs morbis laborantibus exhibentes, distorum medicaminum non nulla comperiebant efficacis virtutis, ad plures morbos: immo sepe experientia comprobabant in aliquo medicamine iuuamentum non resultans ex virtute alicuius simplicium ipsum ingredientium: id quod sepius experientes: idem sepe reperientes litteris commendabant dictum compositum medicamentum. Et quæ euentum fortuito id accidere videretur: nihilominus non fiebat nisi diuina prouidentia. Omne enim datum optimum et omne donum perfectum desursum est a patre luminum asserente Paulo. Deus enim optimus prouidens morbis assidue hominibus

Tractatus

insurgentibus inspirauit antiquos medicinae inuentores: quod infideles essent, ut arte medicinae adinuenirent: & multa etiam efficacissima antidota componerent, mirandis proprietatibus dotata: Nostro autem tempore homines, tum propter ignauiam, tum etiam propter vitae breuitatem, non vacant rerum adinventioni: neque experiuntur quid utile aut efficax sit hominibus. Et ideo Neothericorum compositiones raro reperiuntur efficaces. Quare consilium optimum est, expertis & ab antiquis adinuentis uti: ut inuentis ab Hippocrate, a Democrito, ab Archigene, a Galeno, ab Alexandro, ab Auenzoar, & Isaac, Mesue, Auic. Alibate, Rasi, & alijs quibus antiquorum Graecorum adinventiones semper antecellant posteriorum Arabum inuentis, non modo quae ad disciplinas attinent, sed etiam antidota. (Quod si tota operatio tyriaca &c.) Hic Auic. ostendit in tyriaca & myrridato propter virtutes simplicium esse etiam aliam virtutem a toto resultantem: quae quidem est occulta dicens: quod si omnis operatio tyriacae praecederet ex parte virtutum simplicium: & non ex parte virtutis, quam sua complexio praebet, id est virtutis occulte, tunc reces esset maioris efficaciae quam fermentata: sed hoc est falsum, etiam recens nullius est efficaciae fere: fermentata vero est magne efficaciae. Igitur aliquid aliud acquiritur ex fermentatione, quod non habebat ex simplicibus, id autem est proprietas. Circa quam litteram est sciendum. Quod a priori impossibile est probare in tyriaca in esse occultam proprietatem, sicut nec etiam in alijs mixtis, proprietates enim sola experientia cognite sunt quare a posteriori & per suos effectus probantur. Quare optime ex effectibus quos efficit tyriaca post fermentationem, in quos exire reces non potest. Auic. probat ipsam acquirere ex compositione proprietatem: effectus autem sunt quos connumeravit supra, scilicet temperare humanam complexionem mirifice confortare cor: et letitiam inducere: et a tristitia liberare: et venenis omnibus succurrere: quae omnia efficacius ei conueniunt quam cuius suorum simplicium: et omnibus simul. Perficitur autem fermentatio ipsa &c.) quoniam loquutus fuerat Auic. de tyriaca fermentata. hic ostendit quanto tempore perficiatur eius fermentatio. Medici enim qui floruerunt tempore Auic. censebant quod tyriaca fermentaretur spatio, x. annorum Galenus vero censuit quod indiget ad fermentationem, xx.

Secundus

annis, haec autem variae sententiae Galeni & Medicorum temporis Auic. puenit ex diuersitate regionum. Nam Galenus incoluit Graeciam aut Italiam quae sunt multo humidiores quam Hispania, aut Africa, quas regiones incolabant Medici florentes tempore Auic. suo namque tempore fuere Auenzoar, Algazel, Auerrois, & alij multi quorum libri non sunt in linguam latinam translati. In regionibus autem siccoribus: qualis est Vandalusia Hispaniae pars: ubi fuit famosissima medicinae vniuersitas tempore Auic. & etiam qualis est Africa: compositiones minori tempore fermentantur: quam in humidioribus, quales sunt Italia & Graecia. ¶ Nonnulli tamen imperiti qui fuere tempore Auic. quorum immensus est numerus nostro tempore: censebant, quod tyriaca esset fermentata in sex mensibus: quos impugnat Auic. dicens. Veritamen neque apud nos, neque apud Galenum demonstratio est in hoc: quasi dicat. Id neque ego sum expertus: neque Galenus expertus fuit: immo contrarium. Immo omnes qui fuerunt ante Galenum loquentes de tyriaca, & myrridato censent, quod in ipsis non reperitur proprietas, nisi postquam vehementer commixta fuerit: haec autem commixtio non fit in paruo tempore. Et inquit Auic. quod disti praedecessores Galeni: quibus sperarent quod in distis antidotis post fermentationem, & commixtionem insurgeret proprietas congregans proprietates simplicium: quae esset debilior, quam esset in ipsis simplicibus: tamen timebant: quod ex dista fermentatione omnino deperderentur virtutes simplicium, verum cum experti fuerunt, distas virtutes simplicium non debilitari: desierunt id timere. Et verificata est opinio veritatis. Vbi Auic. Nihil aliud intendit, quam ostendere: quod licet primi inuentores distorum antidotorum, & qui primo ipsa componere ceperunt, dubitauerunt fortassis: utrum virtutes simplicium remanerent integre, post fermentationem, an non: tamen cum experientia comprobauerint: quod nullatenus deperdantur distae virtutes, ipsi corroborati sunt in vera sententia, & ipsam reliquere scriptam suis posterioribus.

¶ Pro huius litterae ampliori intellectu inuestiganda sunt duo. Primum. Quid sibi velit fermentatio. Secundum. Utrum possit determinari tempus certum: quo aliqua compositio fermentetur. Et quanto indigeat tempore in quavis regione tyriaca, & myrridatum, ad sui fermenta-

Capitulum

tationem. Ratione primi est sciendum: quod fermentatio est decoctio quedam facta ab extrinseco calore ambientis aeris in re comixta: propter quam peruenitur ad unicam tam complexionem formam: quam substantialem. Et dicitur fermentatio a fermento: nam sicut in fermento calor extrinsecus assumit humiditatem massae: et inde feruor excitatur: sic etiam in quacumque re: quae fermentatur: calore extrinseco assumente humiditatem rei: feruor exurgit: inde perficitur rei decoctio. Fit autem in fermentatione id quod in maturatione fructuum. sicut enim a calore solis & aeris: humiditas fructuum decoquitur: & perficitur grossioribus partibus subtilitatis: frigidioribus calefactis impurisque resolutis: sic etiam in fermentatione ab ambientis caliditate res commiscetur: & humiditas superflua eius resoluitur: sic quoque partes diuersae in substantia: & complexione perueniunt ad unum & eundem substantiae modum: & eandem complexionem & formam: quod argui potest ex vno sapore: & vno odore rei fermentatae.

¶ Ratione secundi est sciendum: quod nulli compositae medicinae assignari potest determinatum tempus requisitum ad eius fermentationem. Nam cum fermentatio fiat a calore extrinseco ambientis. Pro varietate tamen ambientis tamen substantiae simplicium ingredientium medicinae compositae: tempus quoque requisitum ad fermentationem variabitur: quo enim tyriaca ex humidioribus simplicibus conflata sit: eo maioris temporis spacio indigebit ad sui fermentationem: etiam ex parte regionum. In calidioribus enim regionibus ac siccioribus citius medicinae compositae fermentantur in frigida vero regione & humida tardius. Tertio variatur tempus fermentationi requisitum ex parte dispositionis temporum. Videmus enim tempus alia calidiora: alia frigidiora: alia humidiora: alia sicciora. In calidioribus autem & in siccioribus citius. In contrariis vero tardius fermentantur. Quarto variatur dictum tempus requisitum ex parte loci: in quo custodiuntur. Nam quae custodiuntur in locis frigidis & humidis: tardius: quam vero in locis calidis & siccis citius fermentantur. Cum itaque tot sint causa variationis temporis ad fermentationem compositarum medicinae requisiti: impossibile erit dictum tempus certis: & infallibiliter limitibus definire. Et licet hoc sit verum: nihilominus tamen auctores medicinae diffiniunt tem-

Quartum. fol. lxxvj.

pus requisitum ad fermentationem cuiusvis ex expertis antidotis. Non quod intelligant id esse infallibile. Sed propinquum veritati. Et sic referunt tyriacam & myrridatum fermentari spatio. x. annorum in regionibus calidis & siccis spacio: autem viginti annorum. In frigidis et humidis regionibus: non quod non sepe contingat citius aut tardius fermentari: sed plerumque in illo fere tempore perficitur eorum fermentatio.

¶ Secundo aduertendum quod Auicenna libro. 5. canonis. tractatu primo: varias tribuit etates ipsi tyriacae. Infantiam: pubertatem: & adolescentiam: & senectutem post quam aduenit eius mors. Et inquit quod est infans post sex menses ex quo tempore fit pubes usque ad etatem decem annorum in regionibus calidis: aut. xx. in frigidis adolescentia eius durat per decem aut viginti annos. s. in regionibus calidis a decimo usque ad vigesimum annum in frigidis: a vigesimo usque ad quadragesimum. Senectus eius. Incipit in calidis regionibus a trigesimo anno: & finitur in quadragesimo. In frigidis autem regionibus incipit in anno quadragesimo: & finitur in sexagesimo post eam senectutis etatem sequitur eius mors: & spoliatur omnino a virtute. Infans confert magis ad stupefactionem quam ad alia laudabilia opera ei tributa. Et quae est fortis virtutis: est conueniens. In moribus venenosorum. s. quae est in etate pubertatis extrinsecus applicata. Quae vero intrinsecus exhibetur: aut ad cordis confortationem: aut contra venenum: aut quae alia causa debet esse fermentata: et in etate adolescentis.

¶ Hinc sequitur maxime errare medicamentarios: qui non attendentes eius etatem: promiscue pro quocumque corporis affectu: aliquando recentem & nondum fermentatam aliquando senem etiam exhibeant: sed pro choloro: quod iam ad tantam deuenit ea ars ignauiam: aut potius dixerim amentiam aut insaniam: quod cum nichil sit in quo non errent: omnia se per optime facere existimant. De his praesertim loquor qui in omni opere nequaquam deum eiusque legem ceteris anteponunt. Sed nigrum in calida vertunt. (Rursus autem imperiti medicorum. ¶ In hac parte Auicenna reprehendit imperitos Medicos existimantes. In tyriaca & myrridato esse excellentem caliditatem: & ideo errant in administratione eorum circa quantitatem seu dosim. Non enim audent dare de ipsis nisi dimidium aurei: cum de dia cimino: & dia triumpho exhibeant

Tractatus

quatuor aureos. Quod autem errent probat pluribus rationibus. Prima est nam optime considerata complexione tyriacæ & myrtridati ex vna parte & diacimino & diatriom piperon ex altera reperit diacimino & diatriom piperon in tali dosi exhibita multo intensius calefacere quam tyriaca exhibita in dosi aurei. scilicet quoniam in aureo scilicet tyriacæ aut metridati sunt duæ partes mellis & vna medicinarum. scilicet 26. gra. mellis & aliquid amplius quam sunt scrupulū vnū & fere & medicinarū fere gra. 13. nam in ipsis ponitur duplum mellis ad medicinas. In quatuor autem aureis aliarum est. 3. j. aut amplius medicinarum & hoc est quod Auicenna dicit in littera quod in aureo. scilicet predictarum est scrupulū. j. mellis & f. medicinarum vbi Auicenna videtur censere aureū non differre a 3. In alijs pro 4. aureis est. 3. j. medicinarum. Verū tamen alij amplius alij minus mellis apponunt. Neothertici enim. p. j. pulueris apponunt. vnc. ij. mellis: alij non curato potest ponunt pro arbitrio. Optimum tamen esset. In his sicut in ceteris obseruare antiquorum præceptiones. Et vbi pondus exprimunt: id non transgredi. In tyriacæ autem quadam descriptione Auicenna canonis expressit mellis pondus dicens: & mel sit duplum medicinarum. Aduerte tamen litteram textus Auicenna. vt opinor esse mendosam nam vbi scribitur. scrupulū. j. medicinarum & f. mellis existimauerim esse scribendum scrupulū. f. medicinarum et scrupulū. j. mellis Tertia ratio est quoniam in tyriaca & metridato sunt medicine frigide refrangentes caliditatem aliarum: quare caliditas ipsorum non est vehementer intensa. Quod si aliquis instaret dicens: quod fermentatio adauget caliditatem in tyriaca & metridato: nam ex fermentatione minuatur frigiditas & humiditas ad hoc respondendum est: quod sicut in ipsis adaugetur caliditas ex fermentatione: sic etiam in diatriom piperon: & in diacimino. Et hoc est quod intelligit Auicenna. quoniam dicit. In re autem fermentata: ac si diceret si aliquis arguat: quod in re fermentata duplatur caliditas &c. Ita quod concludit virtutem: tam diatriom piperon quam diacimino esse fortioris calefactionis quam sint tyriaca & metridatū. Et dicit quod idem error: qui contingit. In administratione tyriacæ & metridati & diatriom piperon & diacimino. contingit multis. In administratione pilularum cochiarum & fetidarum & hermodatilorum & euforbij per comparationem ad hieralogodion & hieram archigenis. Nam in

Secundus

ministrat distas pilulas quæ sunt multo calidiores & sicciores hieris: & non audet ministrare hieras. In hieris enim ingrediuntur humida: vt mel & eiusmodi: quæ cōtemperant siccitatem solutiuorum. Deinde Auicenna ostendit. tertia ratione ab experientia sumpta caliditatem tyriacæ et myrtridati non esse vehementer quinimo caliditatem aliorum duorum esse vehementiorem. Dicens: quod cum ipse adhibuisset diligentem considerationem adinuenit caliditatem tyriacæ in fine. 2. gradus: & myrtridati parum circa finem. 2. gradus: quod simplicia ingredientia myrtridatum sint fortis caliditatis & maioris ponderis: quod ingredientia tyriacam: verū tamen in fermentatione tyriaca acquirit ab extra maiorem caliditatem: quod myrtridatum: quo pacto autem id fiat nullus posset sillogisticè comprehendere: sed sola experientia comprobatur. Caliditatem autem diacimino & diatriom piperon adinuenit multo intensiorem: quo autem pacto quis possit comprobare experientia gradua lem mensuram alicuius medicine visum est supra. scilicet attenta permutatione: aut insensibili aut sensibili facta in sensu: gradus enim primus efficit operationem non perceptam sensu. Secundus vero gradus sensibiliter immutat. Non tamen impedit. Tertius gradus sensibiliter alterat: & operationes impedit: nondum tamen corrumpit. Quartus vero ad corruptionem deducit & mortificationem. (Opera vero fortiora & nobiliora &c.) Hic Auicenna alia ratione ostendit errorem doctorum medicorum non audetium exhibere ex tyriaca & metridato amplius quam dimidium aureū: timētes vehementem eorum caliditatem: dicit igitur quod opera fortiora distarum confectio non procedunt ex caliditate: sed ex propria tate nobiliori: tam simplicium ingredientium: quam eis ab extrinseco adueniente in sequente complexione secundam: opera autem aliarum confectio. scilicet diacy. & diatriom. procedunt ex sola caliditate. Distis igitur rationibus relinquitur manifestum: quod tyriaca & metridatum non imprimunt tantam calefactionem: sicut diacimino & diatriom piperon. Et sic constat error medicorum imperitorum doctorum. (Homo autem temperate complexionis.) In hac parte Auicenna ostendit: quibus liceat vt distis confectioibus: & quo tempore: & quam afferant utilitatem: & quibus non liceat. Inquit igitur: quod cum homo temperate complexionis: tempore temperato: aut frigido

Capitulum

utitur altero ipsorum immoderata quantitate & non nimis frequenter profunt ad cordis confortationem. & conseruant sanitatem in ipso temperando complexionem: & preseruant corpus a venenis, tam pestilentis aeris quam alijs. Et a prauis humorum motibus eos consumendo, & corpus roborando ad resistendum. Et corroborant omnes virtutes: & vite longitudo prestant. Vbi aduerte: non modo homini temperate complexionis conuenire sed etiam frigide dum modo non sit frigida ex aduisione. Hominiibus autem calide complexionis: & tempore calido aut in regione calida nec alijs confectionibus nec alijs calide conueniunt nisi tempore necessitatis insurgentis. scilicet ad succurrendum veneno assumpto: aut pestilentie inuadenti: aut morbo alicui: ut Melancholie & tristitie sine causa manifesta: & alijs frigidis cordis morbis: & etiam cerebri.

Hic autem relinquitur dubium. scilicet an tyriaca sit insignita proprietate a simplicium proprietatibus distincta. Et relicto argumentorum pro et contra murmure. Tum auctoritatibus tum rationibus nonnullis ostendam ipsam tyriacam esse insignitam proprietate insequente complexionem secundam distinctam a simplicium proprietatibus. Et primo auctoritatibus. Serapio. 7. breuiarii inquit Sunt quedam operationes quas non facit tyriaca sua proprietate quedam vero quas approprietate efficit. Et allabas decimo practice capite. 5. loquens de utilitatibus tyriace inquit. Tyriaca sua proprietate prodest reptilibus percussio nibus: Auicenna quoque quinto canonis. Tyriaca non efficit ipsius operationes nisi proprie propter proprietatem illius forme sequentem complexionem simplicium ipsius. Idem etiam in textu Ambarum medicinarum aliquid est notum aliquid ignotum &c. Auerrois quoque quinto colliget inquit non est remotum inuenire proprietates in medicinis quarum complexio facta fuit tempore longo.

Rationibus quoque probatur Prima est Auicenne in littera. Si tota operatio tyriace procederet ex parte simplicium & non ex parte proprietatis insequentis complexionem secundam totius: recens & non fermentata esset efficacior: quam fermentata: sed hoc est falsum igitur ex fermentatione acquisiuit proprietatem: que est operationum immediatum principium. Secunda Tyriaca uniformiter conue-

Quartum. fol. lxxvij.

nit tam venenis calidis quam frigidis: igitur habet a proprietate: & non simplicium: cum uniformiter conueniat omni generi venenorum quod non conuenit alicui suorum simplicium nec omnibus simul: igitur id sibi conuenit a proprietate aduenienti post simplicium commixtionem. Quare relinquitur tyriacam esse dotate proprietate approprietatibus suorum simplicium distincta. Quamquam haec sit communis medicorum sententia. Tamen si quis velit proterue contrarium tenere facile euadet persuasiones dictae positionis.

(Præterea ex capitulo metridati & tyriace sunt diamusculus amarus & dulcis.) Postquam in superioribus Auicenne docuit utilitates tyriace & metridati & quantam obtineant vim in cordis confortatione. Et fuganda tristitia et letitia inducenda & humana complexionem temperanda & nocuentis venenosorum resistendo quae omnia ordine profecutus est.

In hac secunda parte docet utilitates diamusculi dulcis & amari & quo pacto competant in confortatione cordis. Et assignat discrimen inter ipsa: & etiam ostendit quo differant a tyriaca & a mytridato. inquit igitur. quod diamusculus dulcis & amarus sunt ex capitulo tyriace & mytridati: hoc est faciunt ad confortationem cordis: sicut tyriaca & mytridatum. Differunt tamen inter se: quia diamusculus amarus conuenit temperatam habentibus complexionem aut frigidam: quoniam est calidioris complexionis ipso dulci. Diamusculus vero dulcis conuenit habentibus calidam complexionem: quoniam non multum excedit temperamentum versus calidum. Deinde comparat utrumque diamusculum tyriace dicens: quod diamusculus in letificando fere equiparatur tyriace: nam non est multo debilior ea. Tamen in confortatione cordis est debilior quam tyriaca: sed debilitas eius in confortatione aliorum membrorum est multo maior quam in confortatione cordis respectu tyriace. Nam diamusculus est cordialis confectio: & parum stomatica: aut epatica: & aliquantulum cerebralis. Præterea imprimis in corde letitiam causando propter suorum simplicium tum manifestas qualitates tum proprietates. Præterea diamusculus est magis utilis in morbis venenosorum: quam in potu eorum: tyriaca & mytridatum profunt tam ad puncturas: quam ad potum venenosorum. Deinde ponit modum temperandi diamusculum amarum:

Tractatus

vt sit etiam conueniens complexionibus calidissimis: & littera est clara.

¶ (Confectio vero perfectus quā alchind^o composuit.) In hac parte princeps Auic. ostēdit utilitates confectiois cuiusdam cordialis: dicitur perfectus descriptione alchindⁱ: & littera est clara. dicta confectio nostro tempore nō est in usu: loco tamen eius possumus vti confectioe alchimes: aut cōfēctioe nobili Mesue in appropriatis: aut confectioe de hiacinto descriptione Auicenne: & alijs similibus: quas ingrediuntur solutiuā: vt lapis lazuli: aut armenus depurantis sanguinem: & spiritum cordis.

TEXTVS.

EX medicinis autē: quę huic passioni cōueniunt: sunt illę: quas nos fuim^o ex parti: & quarum compositio fuit inuēta post tempus compositionis memoratarum. Ex quibus vna est oxifacara quam nos composuimus patientibus tristitiam melancolicam: & epilepsiam: quorū morborum causam emendat suauiter atq; digerit: pręter quę leui solutiōe euacuat. ℞. epiti. ʒ. x. polipo. ʒ. vj. buglose. ʒ. iij. timi hisopi camepsteos omnium ana. ʒ. iij. capillorum veneris. ʒ. v. turbit. ʒ. vj. vtriusq; ozimi seminis mellisę zedoarie been albi & rubei folij spicę nardi cardamomi oīz ana. ʒ. iij. ꝑ. cuscute seminis endiuę radice eius de radice lilij. ana. ʒ. xij. Zucari rosati ad pondus oīm. Supra igitur omnia in purissimo & fortissimo aceto remolliantur per diem & noctem. In crastino vero adiungantur toti librę septem aquę mundissimę: totūq; suauiter decoquatur vsq; quo redeat quasi ad medietatē acetī. Quod si zucaram rosatū non suffecerit dulcorare tū: vt i his remaneat sapor zucari ad hoc sufficiens: sunt addenda. Postea vero ab igne depositum seruetur. Sit autem dosis eius: a. ʒ. xv. ad. xx. Quod si recipiat. x. dieb^o continue manifestabitur eius suauitum in his in quibus fuerit multa materia melancolica. Si vero modica fuerit materia: sed mēbra principalia tamen disposita sunt ad hoc: vt humor huiusmodi generetur in his: & illa modica ipsius quantitas in lacertis maneat. In arterijs: & venis: tūc experti sumus in tali casu sy-

Secundus.

rupum: cuius dispensatio talis existit: ℞. seminis endiuę & mellisę ozimi minoris omnium ana. ʒ. xx. radicum lilij. ʒ. v. buglose. ʒ. xxx. foliorū mellisę. ʒ. xv. polipodij matris omnium ana. ʒ. vj. omnia hæc quoquatur in septuplo sui de aqua: & duplo sui de succo macianorum dulcium: vsq; quo sui tertia remanserit pars post modum coletur: & colaturę addatur zucaram: syruperur admodū Iulleb: vel potest fieri admodum syrupi acetosi ꝑm mensuram decoctionis.

¶ Confectio alia nobilis valde: quam experti sumus in forma electuarij & etiam troscisci. Cui addidi: & subtraxi ꝑm diuersitatem complexionum: prodest enim vehementi suauitate cordi ad confortandum: ℞. Margaritarū carabe coralli omnium. ana. aur. j. & ʒ. ꝑ. stricci crudi canerorum fluuiatium adustorū omnium. ana. aur. j. ꝑ. buglose. ʒ. v. vel. x. limaturę auri. ʒ. j. seminis mellisę ozimi vtriusq; ana. ʒ. iij. Been albi & rubei ligni aloes lapidis armeni lapidis lazuli loti mastice cassię lignę cinamomi electorum ozimi altimi croci nucis muscatę cardamomi minoris cubebe oīm ana. aur. j. epitimi. ʒ. ij. ꝑ. sticados arabici. ʒ. iij. ambre aur. j. Quod si non inueniatur ponatur zedoarie loco ipsi^o duplū. Dronici romani aur. ij. seminis endiuę. ʒ. v. seminis cucumeris. ʒ. iij. mannę. ʒ. x. rosarum rubearum. vnc. iij. musci. ʒ. ij. camphore aur. j. spicę nardi folij amborum. ana. ʒ. ij.

¶ Hęc igitur sunt radix & firmamentum: & fiunt inde troscisci cum melle: preparatur autem quandoq; secundum exigentiam temperatę complexionis: & tunc nulla fit in eo mutatio. Quandoq; vero preparatur habenti malam complexionem calidam: aut malam complexionem frigidam: & tunc secundum exigentiam cuiusq; fit in ea mutatio sicut ergo troscisci ad pondus .i. auri. cum triplo sui de melle optime dispumato. Si vero fermentari debeat propter conseruationem: & post fermentationem vsui reseruari: expedit vt addatur opij. ʒ. v. & castorei puluerizati tantummodum: quib^o appositis non ministret nisi post sex menses: sicut autem dominetur mala complexio calida: expedit vt crocus & muscus ad ꝑ. aurei reducantur: & subtrahatur epitimum vice cui^o ponant. ʒ. v. fumi terre & ʒ. iij. sene addatq; rosar. ʒ. xv. se. portulacę & spodi. ʒ. j. seminis iactuce. ʒ. ij. sandalorū. ʒ. iij. ceterę me-

Capitulum

dicinē remaneant sicut antea: & fiant trocisci sicut dixim⁹ cū melle optime dispumato. Cui vero mala complexio frīgida dñatur: expedit adūgere medicinis predictis corticem nucis muscate & corticez citri & xilobalsami atq; piperis & zinziberis ex vno quoq; videlicet ʒ. j. castorei. ʒ. ij. & subtrahere de cāphora aur. ʒ. Habens etiam malam complexionem calidam sumant dosim ipsi⁹ cum aureo spodi⁹ & sapa macianorum. Qui frīgidam autem hñt complexionem. ʒ. j. castorei. Iā autē cum hac medicina curauimus quosdam circa principium de melācolica vergēte in mansam: quæ lupinum demontum appellatur. Adiunxim⁹ dispositioni tēperate. ʒ. j. hīacinti rubificantis & splēdidi & perfecte puluerizati & adiuti fuerunt maximo suuamento post desperationem. ¶ Cōpositio autem propria his qui ppter malā complexionē labuntur in cardiacā & cordis debilitatem: est ista: ʒ. seminis lactuce & melonis & cucurbitæ & cucumeris mūsdatorū. ana. ʒ. v. seminis portulacæ. ʒ. iij. margaritarū coralloꝝ karabe cācorū fluuū adustorum serici crudī oīm. ana. aur. ʒ. sape olibani aure⁹ vnus Si vero nō inuenitur loco ipsi⁹ ponat aurei. ʒ. aloes Zedoarie doronici beē albi & rubel. ana. ʒ. ij. Spodi⁹ cardamomi minoris. ana. ʒ. iij. Rosarum rubearum mundatarum a capullis & in vmbra excicatorum. ʒ. vj. croci aur. ʒ. camphore vehemēter contriti eū x. sui de musco & sexto sui de ambra aur. ʒ. ʒ. buglose aur. v. ex omnibus supra dictis fiant trocisci cum sapa macianorum & cidoniorū & malorum granatorum: his inq; sapis equaliter acceptis ʒm quantitatem cōfectioni sufficientem. ¶ Aliud etiam Iullep ex succo buglose cum tantūdem succi endiuic⁹ & quadruplo sui de succo macianorū & duplo de aqua rosacea & sexto totius de albissimo Zucaro que inq; suauiter de quo quantur vsq; ad spissitudinem. Et fit iterum Iullep ex folijs mellifere coctis in aqua rosacea: donec receperit virtutem ipsorū: aut ponitur succus ei⁹ in. xx. iij. sui de aqua rosacea: hoc enim proficit cūctis paciētibus cordis debilitatem: potissime si addatur buglosa. Ita videlicet q; si fuerit sicca: cū ea coquatur in aqua rosacea. Si vero recēs cōmiscetur illi succus illius: q; si complexio vehemētis caliditatis extiterit dimittatur succus mellifere: & augeatur succus buglose quātatibus vtriusq; existentibus equalibus.

Quintum. Fol. lxviij.

Commentaria.



In hac secunda parte Auis. vt dictum est: affert nonnullas cōfectiones cordiales ex inuentione ppria: & explicat cūctas earum suuamenta. Primo cūctam sūrupi solutiui descriptionem & vtilitatem ei⁹ ponit Sec⁹o alterius sūrupi etiam solutiui virtutis debillioris primo in soluendo. Tertio describit cōfectionem quandam: quā nobilez appellat & eius vtilitates: dicta cōfectio preparatur in aliquibus hispaniē partib⁹ sub eadem appellatione in forma electuarij. It quidi. Quarto describit cōfectionē trociscorum competentium cordis debilitati ex mala complexionē calida. Quinto etiam describit Iulleb conueniens in cordis debilitate ex mala complexionē calida. Sexto describit aliud Iulleb ad eandem intentionem. Littera est clara: preterq; q; in tertia descriptione ponit primo vtriusq; ozimi secundo ozimi altissimi: vbi existimarem litteram esse mendosam: sed debere esse cinamomi: altissimi. Etiam in quarta descriptione ponitur sape olibani: & intelligit olibanum nimis molle: gerēs speciē melilis coagulati. Præter medicinas: quas Auis. In littera commemorat. In vsu sunt innumereq; alię: cor mirifice confortantes ad letitiam causantes. Vt electuarium de gemis: diacameron: electuariū letitię Galeni: diacamariton tā frīgidū q; calidum: & alia innumera: quorum copia est apud antiquorum antidotaria.

TEXTVS.

De Medicinis solutiuis egritudinis cordis. Capitulum Quintum.



Vacuatio autē cōuenit in melācolicis: vt post digestionem & ipsarū lenitionem. Si vero in toto corpore habūdauerit humor nocu⁹: totū corp⁹ incipiē⁹ euacuare. Id autē quo euacuat: cōueniē⁹ est: vt dissoluant. vj. ʒ. geralogodiō in. xx. ʒ. decoctiois epitimi facte ʒm hac forma

Tractatus

mā: ℞. epitimi. vnc. j. vuarum passularū. vnc. ij. quoquantur in lib. ij. aquæ tantum: donec post colaturam possit extrahi inde solūmodo pondus. xxx. 3.

¶ Quod si cum hoc euacuetur: fiat decoctio epitimi nota: aut cum. ix. 3. recētis epitimi cretensis: vt in supra dicta oxisacra dissolutis: nisi fortis dissenteria timeretur. & digeratur cum Iulleb: quod post predictam oxisacram superius scripsimus.

¶ Ex pilulis autem fortibus ad hoc cōgruentibus sunt huiusmodi: ℞. hieræ pigre epitimi ana. vnc. ij. polipodij sticados arabici agarici ana. 3. f. pulpæ coloquintidæ quartam partem. j. 3. scamoneæ bdelij salis ana. gra. v. Aliæ vero nobiliores predictis sunt hæc: ℞. pigre epitimi sticados arabici ana. 3. f. Lapidis lazuli lapidis armeni ablutorum agarici pulpæ coloquintidæ salis ana. quartam partem. 3. j. ligni aloes masticis mētæ ana. gra. v. ellebori. gra. ij. f. scamoneæ. gra. iij. Scias autē: q̄ in decoctionibus ellebori dosis est. 3. j. in pilulis autē gra. ij. f. & cum in nihilo noceat: actionem medicinæ confortat. Si vero flegma melancolicū lungatur: tūc fiat euacuatio cum huiusmodi pilulis. ℞. epitimi turbīt ana. 3. j. thimi pulpæ coloquintidæ agarici lapidis armeni loti ana. 3. j. quartam scamoneæ salis naptici sticados arabici ana. 3. v. ellebori. gra. ij. f. fiant pilulæ cum succo pororum.

¶ In pilulis autem: quæ infra predictas sunt in virtute: nō oportet permutari complexio nem: aut medicinas: sed sufficit variari dosim secundum existimationem artificialem, a medietate vsq; ad duas tertias.

¶ Cum autem euacuatio corporis non intēditur sed partium solummodo vt cordis, capitis: tunc conuenientius est vtī pilulis quas dicemus. Si ergo fuerit complexio melancolica pura & propria: ℞. epitimi mirabolano rum indorum ana. partem vnā: hieræ pigre partem vnā & f. sticados arabici mitridati partis vnus duas tertias: ellebori nigri partis vni sextā: masticis ligni aloescrudi & polipodij lapidis armeni loti pulpæ coloquintidæ ana. partis vnus tertiam: hæc omnia cōficiantur cum succo macianorum: & fiant inde pilulæ ad quantitatem ciceris: ex quib; summat a. 3. j. vsq; ad aut. j. de nocte cum vino: de die vero ante gargarizetur oxisacra maioris decoctionis. Cum vero complexio flegmati

Secundus.

ca & melancolica fuerit: ℞. turbīt agarici epitimi kebuli sticados arabici ana. partem vnā f. aloes partem. j. f. ligni aloes partem. f. fiant pilulæ sicut prius. Cui autem complexio melancolica & colerica fuerit: ℞. turbīt epitimi sene fumi terræ ana. partem. j. mirabolano rum citrinorum partem. j. necnon & tertiam eius rosarum partis vnus duas tertias: fiant pilulæ sicut prius. Hęc sunt ergo: quæ inquantus potuimus: sub compendio perscripsimus in sermonibus medicinarum cordialium: finem huic operi imponētes cum laude dei qui virtutem largiri dignatus est opusculum terminandi.

Commentaria.



¶ Quod in precedenti capite Auic. pertractauit de cōpositis medicinis confortantib;. In hoc quinto capite pertractat de medicinis cōpositis solutiuis cordialib;. commemorans aliquas

vtiles compositiones solutiuas melancolicæ. Ante tamen quam de eis diceret. Pōnit vtile præceptum: ne aggrediamur quā digestio præcedat, & viarū lenitio. Iuxta hippocratis doctrinam digesta medicari & mouere non crudā prima aphorismorum / & quarta aphorismorum: ad elleboros ante bibitionem: oportet præ humectare corpora plurimo nutrimento & requie. Medicamina autem omnia quæ hic describit Auic non sunt fortis solutionis. Quoniam in melancolica plenitudine iuxta sententiam Galeni nō multa & subita euacuatio fieri debet: sed temperata / & per interualla. littera autem est clara / nulla indigēs interpretatione: præterq; is locus: vbi inquit. In pilulis autem quæ infra predictas sunt in virtute .i. si medicina aliqua solutiua sit predictis debilior potest exhiberi sine aliqua precedente preparatione: & sine custodia: dummodo minuatur dosis eius. Ex facilibus autem medicinis melancoliam euacuantibus nostro tēpore sunt in vsu. Secantabin solutiōe educēs melancoliam descriptiōe Mesue. Cōfectio hamech expta est in fortior. Diacitonitē solutiū melancolicæ. Electuariū diasene & ē optimū. Fortiores aut sunt pilulæ: idē pilulæ de lapide lazuli

& pilule de lapide armeno. Digestiuorū copiam habes in antidotarijs tū mesue tuz Nicholai Auic. & aliorum ex quorū nūero sunt syrupus de epitimo: syrupus de fumo terre: syrupus de scolopendria: secantabim de radicibus aptiuis &c. **Hic** imponitur finis inter-

pretationi librorum de viribus cordis principis Auic. ad laudem sanctissimę Trinitatis: et indiuiduę vnitatis: ac saluatoris nostri Iesu christi, et eiꝰ intemeratę matris & ginis Marię: totius qꝰ curię celestis. Ad quorum honorem omnia: quę scripsimus: referri cupimus.

FINIS.

Ad Lectorem.

Quidide Lector. Nolim existimes

me censere quicqꝰ magni/aut noui his nostris Commentariolis prestisse. Non enim sum ita impudens quę velim doctos docere/atqꝰ vltimas atthenas: vt i Prouerbio est mittere. Rudioribus equidē tātum hęc

scripsi. quare tu qui doctrina poles nostra Cōmētariola equo

animo accipito. Si quicqꝰ in eis ineptum/aut scribi indi-

gnum compereris: boni consulito. Si vero quicqꝰ

falsum: emendato. Qd nra scripta quandā

redoleant barbariē: non admireris: res

em ipsa id postulat: p̄sertimqꝰ Auic.

Textus tenui/ac Plebeio scri-

bendi caractere trāslatus sit.

Quod si ab Auic. eloquio

Commentariorum stil-

lus dissentiret: vi-

tio potius qꝰ laudi verteretur. Si vero quic

qꝰ aut incōgruum/ aut non recte scriptum

inueneris: excusso

ribꝰ tribuito. Vnū

tantum velim tibi persua-

deas: quęcunqꝰ scripsi/Sanctę ma-

tris Ecclesię q̄ errare non potest/ Cor-

rectioni subdo.

VALE!



M iñ



Matheus Pacus Coseranensis, Michaeli Sanchio
Arragoneñ, Theologo/haud poenitendo
amicoꝝ incomparabili,
S.D.P.



Succensere mihi iure posses Sanchi suauissime nisi acceptis
abs te tot tantisque beneficijs (quibus referre gratiam non possum) aliquid
qua saltem ex parte vel meis operis vel crebra literarum datione satisfacere
facerem. Scis enim amici et nequaquam ingrati hominis esse optime de his
mereri qui de nobis antea benemeriti sunt, Nec leui momento putas
amicum amico adde et hominem homini Deum esse debere. Vnde So
craticus ille Xenophon in libello cui de Tyrannide titulum fecit, ad He
ronem Tyrannum scribens, Si amicos (inquit) beneficijs completa
re nihil tibi obesse poterunt inimici, Dita amicos te enim ipsum ditabis. Quod si homo ho
mini nedum amicus amico non tantum bene velle, verum & officio suffragari debet. Quore
sum attinet eius ingratitude excusare? cui & Amico & benefico homini rependenda sunt
vices. Quippe cum nemini non sit satis exploratum triplicis funiculi non simplicem esse fra
ctionem, Quo fit ut illius (cui plures ob causas adstrictus sis) obliuio nunc leui, nunc medio
cri, nunc maxime ingratitude culpe sequendum obligatiois rationem impingi debeat. Ego ve
ro cum exigua literarum suppellectili, sed propenso in te animo id opere in compensationem in
nuauit: ne quoties me beneficijs adfeceris, toties bouem (quod aiunt) ad Ceroma misisse vi
dearis. Interea vero mi Sanchi ut ad te scriberem ansam prebuit Iacobus Lupus Bilbilitanus
Medicorum tempestatis nostrae mea sententia Princeps, Cuius Commentarios (quos in Au
cennae De viribus Cordis Libellum nuper excudit) cum audissime perlegissem, videbar pro
fecto tum stili (qui nimirum stult) candore, tum eximie eruditionis copia alterum Aucennam,
non Aucennae Paraphrastem sensisse. Sed quoniam me alloqui sacris Iurisprudentiae literis
initiatum a medicina non abhorreere quidem sed longo ignorantiae intervallo Distare non igno
ras, ne tanquam cecus videar de coloribus iudicasse. Eo pertinere scio quae a plurimis medici
nae Professoribus in hanc fere sententiam adferri audio, quorum Dictis ex veritatis orthodo
xae Apotheca mauantibus opinionis meae calculum ex industria nolim detrahere. Quatenus
enim ex Commentariorum lectione & virorum Illustrum censura intelligere potui, coniecto
Lupum vnum esse illorum quis mox Hippocratis, Aucennae, Galeni, & ceterorum id genus
Medicorum phamam adequabit. Faxint superi ut Lupus sibi nobisque diu seruetur incolumis. Spe
ro namque penitissimis illius lucubrationibus humanam valetudinem non parum succursum iri.
Bene VALE mi Sanchi & Pacum tuum ama non secus ac cepisti, Proinde Iacobum Lupum
amicum nunc primum mihi tecum comunem meo nomine salutabis diligenter. Tholosae Pri
die Calendas Apriles. 1. 5. 2. 7.

Veritas opprimi potest vinci vero nunquam.

Errata.

Fol.	Col.	Versu.	Fo.	Col.	Versu.
2	1	stis ipsum pro esculapius. scribe Aes sculapius.	6	2	ra vt scribe mittat.
2	2	gloria sera p quacq; scribe quamq;.	6	3	ipsis vi p At scribe ad.
3	1	in eneide dele Iupiter Mercurium al loquens inquit.	8	4	tates disti. p coposito scri. coposito
3	2	bus tam p signire scribe insignire.	9	1	rationu p quatuor scribe quanto.
4	4	Dicitur ex scribe est figura. "	9	1	prmissa p alter scribe altera.
			10	4	rum pedu pentis scribe cutis.
			10	4	seco. s. p colcadea scribe colco dea.

Fol. Col. Versu.

- 11 3 esse tres p vnum scribe vnā.
 13 4 motiuam p obtinere scri. obtineret
 14 1 cipale p principalr / principalitate.
 14 1 fonte p ad scribe ab hoc.
 15 3 veniētē p aiab⁹ scribe naturalib⁹.
 16 2 oīs spūs ex sua natura deest est.
 16 3 nare scribe determinari.
 17 4 Tertio aduer. pro dispoſiones pre
 cipue scribe dispoſitio p̄cipua.
 18 3 pubarchius scribe Ioannes de mō
 teregio.
 18 4 ateenta scribe attenda.
 20 1 muz foceret p pulcherrimum scri
 be pulcherrimus.
 21 1 potes p ppoſitio scribe poſitio.
 23 1 foecunda p femina scribe femina.
 23 3 ferens ex p quāq̄ scribe q̄q̄.
 23 4 nādo suauster pro particeps scribe
 participes.
 24 2 intuitu pro viſiua appetitū scribe
 appetitua viſiue.
 25 3 hitur & p pleriq̄ scribe pleriq̄.
 25 4 ac interiora p ac scribe ad.
 26 1 ſionum virtuti pro concupiſcibili
 scribe irascibili.
 26 2 Aristotelē pro vita morte scribe vi
 ta & morte.
 26 4 diſpoſitionē p quod scribe quid.
 30 3 tionis eius p coloris scribe caloris.
 31 1 tre cordis p materijs. in arterijs.
 33 1 Fen. j. p enchimia scri. euchia.
 35 4 ptius inconſuetos p huic scri. hinc
 35 4 fortificatio eis adde naturalis virtu
 tis secundum vero rarificatio.
 37 4 Corporis p quanta scribe quinta.
 37 4 pter suam p exigne scribe exigue.

Fol. Col. Versu.

- 38 1 ta ex p colorico scribe colerico.
 38 1 inde est pro aut scribe aut.
 41 4 que p quecūq̄ scribe quocūq̄.
 43 3 ant naturā p aſſerunt scri. aſſerunt.
 44 4 Logicen fuere p virute virtutum.
 47 2 diſentium p poſitio scri. poſitio.
 47 2 monſtrare scribe mōſtratē.
 47 3 ſtoteles p cum scribe eum.
 47 4 dam vera pro accidentates scribe
 accidentales.
 47 4 ſtē p augmū scribe angulum.
 48 1 rum albū p tribuū scribe tribuūt.
 49 2 trahatur p Hic scribe hi.
 49 3 tionem p inueſtigare. iueſtigauere.
 50 3 ſapor p p̄prietas scribe p̄prietatis.
 reſiſtend scribe reſiſtendi.
 51 2 excellētia p diuidit scribe diuidit.
 51 2 facie p porox scribe porox.
 54 iiij. cinam adde diſeſtiua. & ibidem
 pro con scribe contra.
 56 1 ruptione pro minimā scri. minima.
 56 1 lida p qualefacit scribe caſefacit.
 56 3 venter p mncentū scribe i centū.
 57 3 fluxum scribe fluxum.
 58 2 lerica p chistu scribe chistu.
 58 iiij. ſpodium p intenſionē scri. itenſionē
 59 iiij. cina p indigebat scri. indigebant.
 60 1 llatione p opertione scri. opatione.
 62 1 de poliſpodio scri. depoliſpodio.
 62 3 In hoc p diuiferit scribe diſerit.
 63 iiij. quos p pōt scribe poſt.
 66 1 conſe scri. cauſe.
 66 3 mellis p f. scri. p.
 69 in poratione titiſſe p quem scri. qui!

¶ Eius.

¶ Complura ſūt preterea: in ope Errata ſed que diligēs
 Lector: facile corrigat nā nō inutāt oratiōis ſentētiam.

¶ Imp̄ſum eſt hoc iſigne op⁹ Auic. de virib⁹ cordis To
 loſe in edibus Jacobi Colomies Calchotypi. manusq̄
 extrema impoſita ei eſt die ſexto aprilis anni a chriſtiana
 ſalute. Milieſimo quingenteſimo. xxvij.



Complura sunt in hoc tractatu...
Auctor facile corrigat...
Insuper est hoc tractatus...
Iacobus Colonius...
extremum...
salute...

TO
BIBLIOTE
S
Números

T
BIBLI
Dep
Núm

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Reservada
Número 492



TOLEDO
BIBLIOTECA PUBLICA

Dep. INC
Número 316